



BIBLIOTHECA S. J.
Maison Saint-Augustin
ENGHIEN
E 29/2



VARIAE LECTIONES
VETERIS TESTAMENTI

EX IMMENSA

MSS. EDITORUMQ. CODICUM CONGERIE HAUSTAE

ET AD SAMAR. TEXTUM, AD VETUSTISS. VERSIONES,

AD ACCURATIORES SACRAE CRITICAE FONTES AC LEGES

EXAMINATAE

OPERA AC STUDIO

JOHANNIS BERN. DE-ROSSI S. T. D.

ET IN R. PARMENSI ACAD. LING. OR. PROFESS.

VOLUMEN IV

PSALMI, PROVERBIA, JOB, DANIEL, EZRAS, NEHEMIAS, CHRONICA, SEU PARALIP., APPENDIX.

Veterum librorum fides de Hebraeis voluminibus examinanda est.

Hieron. Epist. ad Lucin.



PARMAE

EX REGIO TYPOGRAPHEO

cIↃ. IↃCC. LXXXVIII.

FACULTATE OBTENTA.

DISSERTATIO PRAELIMINARIS

DE HUJUS COLLATIONIS PRAESTANTIA, UTILITATE ET USU.

Diuturno ac laboriosissimo operi finem imponimus, quo ex mille septingentis circiter mss. editisque codicibus sacri textus eruuntur selectae variae lectiones V. T., et ad Samaritani textus ac vetustissimarum versionum fidem examinantur. Quam immensa ac pretiosa collatorum codicum suppellex, ex suppellectile variarum lectionum copia ac delectus, ex variis lectionibus sententiarum praestantia sacrarumque emendationum ubertas! Nostram hanc collationem cum iis compara, quae praecesserunt. Si ad judaicas te confers, multae equidem celebrantur factae antiquitus, Sorianae, Nehardeae, ben Ascer, ben Napthali, Orientalium, Occidentalium, masoretarum variae aetatis, Todrosii, Meirii. Sed in iis neglecta est generalis collatio codicum diversae classis, neglecti qui a masora recedebant, qui antiquitate et insigniorum variationum copia praestant, neglectae versiones antiquae ceterique uberrimi fontes sacrae criticae, neglectae variae omnes lectiones cum masora non consentientes, quamquam eximiae essent et veterum omnium auctoritate comprobatae. Saepe unus tantum vel alter codex in provincia vel natione famigeratissimus, ut Ascerianus, Hillelianus, Sinaiticus, Hierychuntinus, conferebatur, nec is admodum correctus, ut de Hilleliano aliisque constat, soli masoretici codices in collationibus assumebantur, solae notabantur lectiones masoreticae, sola masora codicum ac lectionum examen moderabatur. Hinc quid mirum, si collationes illae mancae sint, imperfectae, levissimae, si in majusculis, minusculis, inversis, suspensis litteris, in plenis, defectivis, punctis, accentibus aliisque similibus rebus minimis, rabbinicae plerumque originis vel librariorum, totae versentur, si collatores in his

ipsis minimis rebus potius recensendis et enucleandis, si in numerandis litteris, dictionibus, versibus, sectionibus majoribus, minoribus, apertis, clausis, eoque servando, qui vigebat, non emendando masoretico textu occupentur, " similes, ut apposite de iis inquiebat Aben Ezra, iis qui folia et paginas recensent librorum medicinalium, sed nullum eorum opera sanatur vulnus? (1)"

Ubi autem illorum candor, studium, historica diligentia, si postquam damnati sunt et aboliti ut prophani et illegitimi tot codices a masora aberrantes, damnatae ac deperditae tot variae lectiones masorae contrariae, tot earum millia ex superstitibus mss. hodie eruuntur, totque insignissimae lectiones veterum apographorum et interpretum fide suffultae, quarum nulla in judaicis illis collationibus reperiuntur vestigia! Ubi criticum acumen ac sensus, si ex auctoritate probatiorum codicum ac fontium tot nunc lectiones rejiciuntur, quae masoreticis eorum studiis consecrabantur? Quae eorum laborum utilitas et usus, si in colligendis dijudicandisque sacris lectionibus ea unica vel fere unica regula assumpta, quam doctiores judaeorum critici illi addictissimi mancam, fallacem, mendisque ac corruptelis innumeris scatere fatentur? Si ea regula assumpta, quae tantum abest ut servarit, ut potius perdiderit praestantiores ac graviores lectiones, et codices ipsos qui illas continebant? Nec enim mss. evolventes sine admiratione et indignatione conspicimus vix esse codicem, vix codicis plagulam, vix lectionem paullulum a masora recedentem, quam judaeus scriba ad illius praescriptum non abraserit, correxerit, mutarit. Si ea tandem regula assumpta, quae non modo promovendae perfectae et optimae collationi obfuit, sed et acceptandae verae codicum lectioni, si quae eruebatur? Lege judaeorum interpretes ac criticos, ex antiquis Kimchium, ex recentioribus Norzium, saepiusque reperies laudari meliorem et accuratiorem lectionem, meliorum et accuratiorum codicum testimonio confirmatam, sed respui, eique hodiernam anteponi, quia sic praecipit et definit

(1) ודר"בע המשילם למי שמונה העלין והדפין לספרי הרפואה כי לא יגהה מכל זה מזור· Apud Ephodaeum et Muscatum *Comm. in Cozri* Serm. III cap. XXXI.

masora. Quod si vero cum masora accurati correctique codices, ut aliquando fit, conjunguntur, quinam ii sunt, nisi masoretici seu masoretice correcti?

Atque hic est in genere judaicarum collationum status et indoles ante Chaiimi primaeque masoreticae editionis tempora. Sanioribus sane principiis ducebantur christiani patres ac biblici correctores, sed ea aetate ac temporibus florebant, quibus perrari erant apud christianos codices hebraici, nec nisi aegre ac difficulter a judaeis eorum copia habebatur. Origenes nonnisi unicum V. T. apographum hebraicis litteris videtur prae manibus habuisse, quod in Hexaplis descripsit, et ex quo Hebraici textus lectiones ac dissidia plerumque hauriebantur, non multa Hieronymus aliique interpretes ac critici. Nulla in eorum scriptis hebraicorum codicum collatio, nullaque aut saltem rarissima variarum eorum lectionum mentio comparet. Felix Pratensis omnium primus sedulam mss. codicum, quos undique collegerat Bombergius, collationem instituit, variarumque lectionum syllogem ex iis decerptam edidit ad marg. duplicis editionis Bombergianae, quae ejus studio ac cura prodiit Venetiis anno minoris judaeorum supputationis 278, christianae 1518.

Sed vix felicissima haec utilissimi instituti primordia ac tentamina prodierant, quod praejudicata judaeorum de masora opinio ea dejecit, variaeque illae lectiones amasoreticae non modo jacuerunt neglectae, sed et diro anathemate perculsae. Notum est quam acriter a judaeis damnatus sit Pratensis labor ob id unum quod judaeus non esset et masoreta. „ Quemlibet lectorem moneo, inquit Elias Levita, qui majoribus vel minoribus Bibliis Venetis utatur anni 278, ne respiciat ad verba mendacia ad eorum marginem excusa. Etenim qui posuit illa, non discernit inter dexteram suam et sinistram, quia non fuit judaeus, nec quicquam de masora novit, nec alia de caussa id fecit, nisi quod discrepantias interdum repererit in codicibus, quos habebat prae manibus, nec sciverit utra ex duabus lectionibus esset vera, hinc unam scripsit in margine, aliam in textu, modo veram in textu constituens, in margine falsam, modo contra, fuitque palpans ut coecus in tenebris, quamobrem Biblia illa utpote

futilia, non sunt attendenda (1) ».

Itaque gliscenti gravissimo malo statim occurrit Jacobus Chaiimus nova editione masoretica, quae sequentium omnium vel fere omnium mater extitit, editaque sublimi illa ac divina סייג לתורה *legis sepe*, qua ex traditione patrum ac codicum de vera lectione cavebatur, solaque omnium codicum collationi sufficiebat. Tanto operi obsequuti judaei ac christiani eas ferme solas sacrorum librorum discrepantias deinceps noverunt et acceptarunt, quas servant Kerì et Chediv, ben Ascer et ben Napthali, Orientales et Occidentales judaei, de gravioribus aliis variantibus novaque codicum superstitum collatione vix cogitatum. Editores utriusque nationis, antiquatis neglectisque mss. primisque editionibus, ac si nunquam extitissent, solum Chaiimi textum fere omnes fidentissime descripserunt.

Quamquam autem ea masorae opinio et auctoritas per duo et amplius secula adeo invaluerit, ut nefas esset a masoretico Chaiimi textu vel minimum discedere, non defuerunt tamen sive inter judaeos, sive inter christianos, qui ejus lectiones vocarent in dubium, qui eas revocarent ad codices mss., mutarent, corrigerent, qui novis institutis collationibus novas et accuratiores lectiones elicerent. Ex judaeis Pentateuchum ad decem mss. fidem recognovit Lonzanus, plura Scripturae loca ac lectiones editores Bibliorum Venetorum 1678 Moses Moja et David Altaras, insignibus ex mss. erutis variis lectionibus et emendationibus, quae in Venetas omnes vel fere omnes editiones dimanarunt. Hoc idem in integra Biblia multoque illustrius ante hos duumviros fecerat Salomon Norzius, collatis pluribus mss. et antiquis editionibus, sed ejus collatio sive ob auctoris fatum, sive ob graviores ac liberiores quasdam quas continebat, masoretici textus emendationes, diu mansit inedita, maneretque etiamnum, nisi anno 1742 patronum et editorem nacta fuisset doctum judaeum Mantuanum Raphaelem Chaiim de Italia. Jam vero

---

(1) באתי כמזהיר ומזכיר לכל הקורא בספרי העשרים וארבעה הגדולים עם הקטנים הנדפסים פה ווניזיא בשנת רע״ח שאל ישעה אל דברי שקר מהמלות דנדפסות בגליון .... כי המניח אותם לא ידע בין ימינו לשמאלו כי לא היה יהודי ולא ידע מענין המסורת דבר ולא עשה זה אלא מפני שמצא לפעמים חלופין בספרים שהיו לפניו ולא ידע איזה

quamvis Norzio nimium masorae ac minimarum rerum studium, iique generatim naevi exprobrari queant, qui objiciuntur ceteris judaeorum collationibus, ejus tamen laudi tribuendum est, quod masoreticum textum impressum candide fateatur esse mendosissimum, quod infinita ejus menda detegat et emendet, quod non solum in accentibus id faciat ac rebus ortographiae, sed in lectionibus gravissimis, quod in collationis et emendationis subsidium praeter hispanicos codices germanicos etiam vocet et italicos, quod cum mss. antiquas saepe editiones antea neglectas, Talmudem, rabbinorum scripta, parallela loca conjungat, quod denique multas egregias varias lectiones ex his fontibus eruat olim ignotas, et ubi opus est, hodiernis masoreticis praeferre non dubitet. Conf. potissimum Josue viii 22, xv 52, xxi 35, ii Sam. vii 22, Ezech. xi 19, xxxi 11, xlvii 6, Prov. viii 16, I Chron. vi 43, xviii 3, 5, 7, 8, 9, 10.

Ex christianis masoreticum textum cum mss. plures contulerunt, eminentque praesertim inter eos, qui in edendis Bibliis aliquem mss. usum fecerunt, Johannes Leusdenius, Jablonskius, Opitius, Majus, Henricus Michaëlis, et Houbigantius. Sed nec multi ab iis collati sunt codices, nec sat accurate, quaeque omnium celebrior, plenior et accuratior habebatur Halensis collatio, quinque solis codicibus Erfurtensibus ac novemdecim editionibus constabat, iisque non satis plene ac diligenter excussis. Nec defuerunt qui miseram conditionem suam rati, si necessario semper ac soli masoretarum auctoritati ac fidei crederent, judaeorumque librariis, masoreticum textum cum Samaritano et antiquis versionibus accurate conferrent, vetustasque earum lectiones masoreticis anteponerent, quo potissimum spectant Morini, Capelli et Houbigantii labores omnibus notissimi.

At vero omnes quotquot hucusque prodierant, judaicas ac christianas collationes Kennicottiana longissime superavit, cum qua si priores comparas, vix speciminum laudem merentur. Doctissimus ac celeberrimus hic

---

יכשר הזה או זה לכן כתב אחד בחוץ ואחד
בפנים ולפעמים הניח האמת בפנים והשקר
בחוץ ולפעמים להפך והיה ממשש כעור באפלה
לכן אין לשים עליהם לב כי תהו המה:
Masoreth amasoreth Praef. iii pag. 18 edit. Venetae 1538.

anglus incredibili labore et aere contulit sive per se, sive per alios, sive in integrum, sive in selectis locis mss. hebraica prope sexcenta, quotquot nempe in universis Europae bibliothecis servari cognoverat, samaritana septemdecim, editiones quinquaginta quinque praeter utrumque Talmudem paucaque alia judaeorum scripta ab eo delibata, amplissimamque ex tot fontibus variantium lectionum messem paucis abhinc annis edidit, quae illius nomen immortalitati consecravit. Multa hinc inde de hujus collationis laudibus ac vitiis disputata sunt, quae hic non repetimus. Quid de ea sentiamus, tetigimus alibi, naevis ipsis non dissimulatis, quos in hac nostra pro viribus devitare et emendare studuimus. Hi tamen non obstant, quominus summa sit Kennicottiani operis praestantia, utilitas, usus, maximique haberi a nobis posterisque omnibus tum opus ipsum debeat, tum summum quod in eo elucet, auctoris de sacra critica benemerendi studium, labor indefessus, singularis doctrina, eruditio ac diligentia.

In tanta fontium vi ac colluvie quamquam novae audendae collationis spes plane exigua locusque fere nullus relinqueretur, ausus sum tamen novam, sed selectam, suscipere, non inani fiducia adductus plures adhuc apud judaeos delitescere mss. codices a nemine examinatos, qui utiliter potuissent conferri et Kennicottianis superaddi. Quam firma praeconcepta ea spes fuerit, et quantum audentem fortuna adjuverit, ex collatione ipsa apparet, ad cujus perfectionem, supputatis fragmentis, iisque mss. quae biblicas sectiones continent, ex una hac mea librorum suppellectile afferuntur mss. codices sacri textus sexcenti septemdecim, editiones vero tercentae et decem. Sunt in mss. numero quingenti nonaginta septem antea non collati, viginti in locis tantum selectis, quibus accedunt exteri centum triginta quatuor in Kennicottiana collatione et ipsi omissi. Superadduntur ergo in nostra hac collatione Kennicottianis codicibus septingenti triginta et unus illic intacti, editi vero fere tercenti, quos si cum Kennicottianis ac Samaritanis componis, fiunt collati codices mss. mille tercenti quadraginta sex, editi tercenti quinquaginta duo, universim mille sexcenti nonaginta octo. In his comprehenduntur pene omnes, qui noti sunt, codices Europae,

codices omnes varii generis ac classis, masoretici, amasoretici, germanici, italici, hispanici, codices singulares, ut Babylonicus meus 12, Hillelianus 413, codices ipsi editionum et collationum autographi, ut mei 319, 579, 782 tantae apud Norzium auctoritatis ac fidei, nec negliguntur antiquissimi codices deperditi, qui ad superstitum oras memorantur.

Ne autem quidpiam collationis laudi deesset, praeter mss. codices et editiones arcessenda putavi secundaria omnia subsidia reliquosque fontes sacrae criticae in Kennicottiana neglectos, nec satis esse duxi quae supersunt mss. antigrapha sacri textus decerpere, nisi et antiquae versiones in Polyglottis et Hexaplis conferrentur, earumque cum illis consensum innuerem, parallela loca, contextus analogiam, novi Foederis, patrum, rabbinorum testimonia, sacrorum denique criticorum de variis lectionibus judicia ac conjecturas colligerem, Norzii praesertim notas huc facientes latine versas exhiberem, centum quinquaginta et amplius codices mss. versionum, commentariorum ac sacrae philologiae vel criticae in usus meos traherem, potissimum vero ineditum ac perrarum Parchonis Lexicon Kimchiano antiquius, et in statuendis incertis rariorum vel unicarum vocum significationibus multo accuratius.

Immanissima profecto est, ac vere immensa quae ex tot tantisque fontibus emergit variarum lectionum messis. Sed selectam nos dumtaxat earum syllogem exhibere ab initio constituimus et exhibemus, quae tamen ad plurima adhuc millia assurgit. Eae non omnes quidem ejusdem momenti, sed majoris aliae, aliae minoris ac minimi etiam sunt. Propositum namque mihi fuit ex immensissima minimarum variationum classe ac farragine selectiores sistere, quae Samaritani textus et veterum versionum, vel editionum praesidio et auctoritate fulciebantur, tum ob pondus, quod ex hisce fontibus illis accedebat, tum ut plenior exhiberetur collatio, tum ut specimen daretur communis ac generalis codicum ac lectionum varietatis, quae fere omnis in minutis rebus ac levioribus consistit, tum denique ut locus fieret plerisque, masoreticis, hispanicis codicibus afferendis, qui in solis minimis lectionibus discrepant.

Verumtamen in ingenti qui hic sistitur, variarum lectionum numero quot gravissimae ac prae-

stantissimae extant quae integra verba respiciunt, membra, versus? Quae sensum, historiaeque nexum et adjuncta valde immutant, quae Samaritanum textum et antiquas versiones, ubi suspectae erant et dubiae, mire confirmant ac criticum earum pretium extollunt? Nam certum est codices, ex quibus petuntur, a judaeis descriptos vel samaritarum inimicissimis, vel antiquarum versionum, si Chaldaicam excipis, ignorantissimis, ad Samaritanum textum ac versiones ipsas non fuisse reformatos. Amica hinc ostenditur consensio Hebraici textus cum Samaritano, hodiernorum codicum cum antiquis, textus cum versionibus. Extant autem quae unius, vel alterius, extant quae gravissima omnium interpretum auctoritate ac fide praemuniuntur, illudque jam versionibus omnibus, Graecae praesertim ac Vulgatae, ex nostra hac collatione praesidium accedit, ut tot a fonte discrepantias quae pro erroribus temere damnabantur, nunc autographorum codicum esse appareat, non interpretum. Infinita ejus quod dicimus, in collatione prostant exempla. Quod autem de versionibus, idem de novi Testamenti scriptorum testimoniis dicendum est, quae in multis locis cum veteri conciliantur. V. Deuter. xxvII 26, Isai. x 23, xl 7, xlix 6, Jer. xxxI 13, Mich. v 1, Zach. xiI 10, Psal. xvI 10, lI 6, Dan. ix 27.

Quid de iis variis lectionibus dicam quae receptum textum apertissime emendant? Plura in eum σφάλματα irrepsisse nemo est nunc, opinor, qui neget, notatque praeclare doctissimus Huetius, » verbum Dei primum lapidibus, tum deinde libris, chartis, membranis fuisse mandatum, vere thesaurum in vasis fictilibus, primum digito Dei aut Mosis fuisse scriptum, tum deinde digitis aliorum hominum, eorumque saepe incuriosorum, aut socordium, aut indoctorum (1) ». Veritatem hanc fatentur judaei ipsi masoretici textus tenacissimi, pluraque in hanc rem Norzii testimonia ac querelas in Prolegomenis protulimus, quibus unum tantum, sed luculentissimum ex inedita ejus Praefatione, quae modo in manibus meis est, addimus. » Progressu temporis, inquit is, in exilio nostro impegerunt genua nostra, et infirmatae sunt ma-

(1) *Demonstr. evang.* Prop. iv p. 198.

nus nostrae, caligati oculi obturatique fontes sapientiae nostrae. Cessarunt sacri critici et multiplicata sunt dissidia et opiniones, ita ut non solum facta sit lex sicut duae leges, sed sicut leges innumerae ob plurimas variationes, quae reperiuntur in libris confinium nostrorum. Sive recentiores ii sint, sive antiqui, sive in Pentateucho, sive in Prophetis et Agiographis, nulla est dictio, nulla verba, quae non sint confusa et plena erroribus (1) ".

Ex ipsa collatione codicum et versionum manifeste evincitur librariorum negligentia mendose fuisse descripta nomina propria ac numericas notas, affines litteras confusas, omissas saepe vel additas matres lectionis, permutatas lectiones parallelas, perturbatam aliquando verborum seriem, praetermissa vel intrusa integra verba, immo integra membra, integros versus, ea uno verbo vitia sacris libris contigisse, quae sunt diuturni temporis humanaeque infirmitatis consectanea, idem quod prophanis fatum, forte etiam iniquius, quia si quod mendum in prophanos libros irrepit, liberrime corrigitur, si in sacros, saepe meticulosi indoctique librarii non audent in illud manus injicere. Cujus rei illustre argumentum suppeditat codex meus 319, ille ipse qui in adornanda prima editione masoretica Jacobo Chaiimo fuit ad manus, in quo corrector apertissima menda emendare non audens adnotat tantum ad marginem alios libros aliter legere, ac si tot variae codicum lectiones illa essent, non putida describentis ἁμαρτήματα. Si vero error in plures codices dimanat, si antiquus est pluriumque seculorum aetate consecratus, quamquam nulla unquam sit ejus praescriptio, magis difficulter extirpatur. Tandem illud jam apud omnes constat celeberrimum codicem Hillelianum, qui ex Zacuti, Ganzii, Aboabi aliorumque judaeorum testimonio ad reliquorum omnium correctionem est assumptus, fuisse mendosum, mendosam Venetam Chaiimi editionem quae ho-

(1) ויהי כי ארכו לנו הימים בגלותנו כשלו ברכינו ורפו ידינו וכהו עינינו ונסתמו מעיני חכמתנו ובטלו בעלי המקרא ורבו המחלקות והדעות כי לא לבד נעשית התורה כשתי תורות אלא כתורות אין מספר לסבת רוב החלופים הנמצאים בספרים אשר בגלילותינו חדשים גם ישנים תורה נביאים וכתובים אין אומר ואין דברים אשר אין בהם בלולים מלאים טעיות. Ex cod. meo 895.

dierni masoretici textus mater salutatur. Quid ergo miremur hodiernum textum, qualem accuratiores etiam editiones sistunt, pluribus emendationibus indigere, qui ex duobus potissimum mendosis fontibus ad nos devenit?

Porro si codicibus emendandis primitus invigilare debet ex Augustini effato solertia eorum qui sacras Scripturas nosse desiderant, si de nova accuratiore sacri textus editione cogitandum, quot quantaeque ejus emendationes ex nostra hac collatione peti non poterunt? Quot falsae lectiones recentium editionum nulla aut vix ulla mss. fide suffultae hic deteguntur? Vide praesertim Num. xII 14, I Sam. x 5, I Reg. v 4, Isai. xxx 30. Quot aliae falsissimae a principe illa masoreticarum editione Jacobi Chaiimi, tot judaeorum ac christianorum laudibus celebratissima, in sequentes derivatae? Levit. xvIII 22 legit ea cum triginta sex et amplius editionibus את זכר *cum masculo*, mendose et contra fidem mss. omnium et antiquiorum omnium editionum. I Sam. xvII 34 omnes codices et antiquae editiones habent שה *agnum*, sed illa זה per zain *hoc*, quod putidissimum mendum plures aliae editiones descripserunt. I Sam. xxv 26 putidum aliud hujus editionis σφάλμα conspicitur late disseminatum ואתה *et tu* pro ועתה *et nunc*. Isaiae xvI 9 על קיצך *super aestivis tuis fructibus*. Vitiosa Chaimicae editionis lectio, quam ex ea tot aliae hauserunt et ex collatis codicibus servat solus meus 411. Isaiae xxI 5 alius in eam error irrepsit, quem in plurimas alias transfudit, videlicet ומשחו *et ungite* cum nexu, quem nullus codex exprimit.

Illustriora adhuc habes errata in hoc ipso volumine et in solis Chronicorum libris. I Chron. vI 42 ערי יהודה *civitates Judae*. Supposititium est *Judae* vocabulum, quod ex accuratissima illa matre in tot filias pertransiit, nullusque codex agnoscit, nulla antiquior editio, nulla versio. IX 35 אחותו *sororis ejus*. Falsa et haec illius editionis lectio, quam ex cod. meo 319 depromsit, damnatque consensus mss., antiquiorum editionum ac versionum, legentium omnium אשתו *uxoris ejus*. Viginti octo editiones hic memoratae et aliae errorem secutae. xII 8 ומגן *et clypeum*. Omnes ורמח *et lanceam*, falsamque eam lectionem iterum ex cod. meo 319 in ea servanda unico Chaiimus descripsit, quam ex so-

lis editionibus hic collatis sequuntur quadraginta duae. xx 4 הרפא *gigantis*. Lectio et ipsa mendosissima solius editionis Chaiimi ex ignoto codice desumpta et ad omnes fere editiones transmissa. Omnes הרפאים *gigantum*. iI Chron. iiI 5 עצי *lignis*. Omnes עץ in sing. *ligno*, merumque illud mendum ex cit. cod. meo 319 a Chaiimo petitum, et in ceteras fere omnes editiones transfusum. Unde nisi ex mss. collatione sciri possunt et emendari istae totque aliae vitiosissimae editionum lectiones? Unde restitui eae quas ex infirmissima sive masorae, sive masoreticorum codicum auctoritate eadem Chaiimi editio in reliquas propagavit? Quis ferat Jacobum Chaiimum omnium primum in ea exulare jussisse binos celeberrimos Josue versus xxI 35, 36 tanta nunc criticorum consensione acceptatos ut genuinos et authenticos? Quis tandem non miretur acutissimo illi editori ac critico ad manus fuisse, ut ex tot singularibus lectionibus eruitur, codicem illum meum 319, quem supra animadvertimus esse mendosum nec secundis curis recte emendatum?

Non minoris momenti sunt emendationes, quae respiciunt Kerì et Chediv, seu marginales ac scriptas lectiones sacri textus. Infinitae sunt marginales quae aperte textum emendant, in multis codicibus in textum ipsum receptae, infinitae textuales aperte falsae ac vitiosae ex iisdem eliminatae, aliae plures marginales falsae et ineptae, quae a mss. absunt. Sunt insignes emendationes in Psalmis alphabeticis et in versibus qui ab aliis litteris male incipiunt, ut Psalm. xxv 5, xxxiv 6, cxlv 13, sunt in punctis vocalibus, ut I Sam. xix 17, et iI Reg. xxv 7, sunt denique in multis anomaliis, quae extra omnem linguae genium vel scriptorum consuetudinem usurpantur.

Luculentissimus autem est usus quem praestat mss. collatio in emendandis tot antilogiis, quae in libris historicis Genesis, Josue, Judicum, Regum, Esdrae, Nehemiae ac Paralipomenon in propriis praesertim nominibus occurrunt, et ex sola litterarum confusione et scribarum negligentia sunt ortae. Qui in uno libro dicitur Diphath, in altero est Riphath, Rodanim Dodanim, Mesech Masc, Chadar Chadad, Tzephi Tzepho, Chamran Chamdan, Jaakan Akan, Adarhezer Adadhezer, Abimelech Achimelech, Zina Zisa, Merodach Berodach, Hebron

Hebdon, Cheleb Cheled etc.. Permutantur alicubi et integra nomina, ut Israel Abraham, Jeoachaz Achazias, Judas David, Ozias Azarias. Crebrae hae gravesque dissensiones, quae saepe torserunt interpretes, modo mss. codicum auctoritate tolluntur, locaque parallela egregie inter se conciliantur. Idem dic de locis in quibus permutantur verba, adverbia, numeri, genera, suffixa. Pervulgatum est quam insignes in eadem Davidis oda referenda discrepantiae extent in parallelis libris iI Sam. xxiI et Psal. xviiI, quarum aliae videntur Davidi ipsi, vel diversae carminis recensioni tribuendae, aliae librariorum negligentiae. Ac verosimile admodum est in posteriorum numero esse collocandas quae pendent ab unius litterae, maxime affinis, permutatione, ut וירא *et visus est*, וידא *et volitat*, סכות *tabernacula* סכתו *tabernaculum suum*, חצים *sagittas* חציו *sagittas suas*, ים *maris* מים *aquarum*, אפו *irae ejus* אפך *irae tuae*, בגערת *in increpatione* מגערת *ab increpatione*, אסור *recedam* אסיר *amovebo*, ממנה *ab ea* ממני *a me*, גבור *forti* גבר *viro*, ישעו *respicient* ישועו *clamabunt*, אדקם *comminuam eos* אריקם *extenuabo*, תשימני *pones me* תשמרני *custodies me*, לשמוע *ad audire* לשמע *ad famam*, ויחגרו *et accingent se* ויחרגו *et trepidabunt* vel *egredientur*. Collati codices non modo haec aliaque hujus generis dissidia componunt, sed et graviora reliqua, quae videntur librariis non posse attribui.

Idem dicendum de arithmeticis notis et annis, in quibus aliquando sacri libri magnopere dissentiunt. Ex locis parallelis, ex vetustis versionibus, ex historiae nexu ac veritate demonstrabant critici iI Chron. xxiI 2 legendum esse עשרים ושתים *viginti duo annorum*, non ארבעים ושתים *quadraginta duo*, xxviiI 1 עשרים וחמש *annorum viginti quinque*, non עשרים *viginti*, xxxvI 9 בן שמונה עשרה *filius octodecim*, non שמונה *octo annorum*. At in singulis his aliisque similibus locis deerat fides hebraicorum codicum, quae modo producitur. Deerat et in pluribus aliis gravissimis lectionibus, quae ut sinceriores solent communibus anteponi. Quaenam celebrior aut gravior lectio illa Psal. xxiI 17 *caarù*, seu *foderunt*, quam exhibent omnes veteres ac pro vera hujus loci lectione habent auctores propemodum infiniti? Sed nec unus quidem ex superstitibus codicibus produci poterat illius testis; nunc bini luculentissimi ex utraque col-

latione extant. In aliis aeque gravissimis ac verissimis afferebantur quidem, sed paucissimi, modo vero in tanta copia, ut major expectari non possit. Quis ex. gr. non laetetur Psal. xvI 10 singularem lectionem חסידך *sanctum tuum*, quae Messiam respicit, hic ducentorum sexaginta quatuor mss. codicum, ac quadraginta quatuor editionum auctoritate corroborari?

Atque harum quidem emendationum nonnullas jam fecerant critici, et editores, praelatis quandoque communibus variis aliorum codicum vel editionum lectionibus. Inter judaeos id praesertim, ut diximus, ausus est Norzius, cujus recensionem omnium fere judaeorum consensione videmus acceptari. Ex illis plures ad aequitatis ac sanioris criticae leges expensae sunt, aliae non item, nosque non semel, ut iI Sam. x 16, Jerem. xxvI 6, Neh. xiI 10, I Chron. vII 28, iI Chron. x 14 etc., ejus judicium et collationem redarguimus. Sunt inter christianos criticos moderati et aequi, liberiores et temerarii, inter eorum emendationes rectae, egregiae, ineptae, falsae, praecipitatae. Unde nisi ex codicum collatione utrasque dignosces? Codices ipsi qui producuntur, plurimum dissident inter se, dissident et editiones, antiquae, recentes, masoreticae, amasoreticae, Venetae, Amstelodamenses, dissident editiones singulares, ut Buxtorfiana ac Nisseliana, dissident saepe in Kerì et Chediv, seu in marginali ac textuali lectione. Princeps ipsa masoretica editio dissidet aliquando a ceteris omnibus vel fere omnibus in singularibus ac gravissimis lectionibus, ut Nehem. vII 68 in additamento integri versus. Unde nisi ex accurata mss. codicum collatione extricabis te, veramque lectionem erues?

Patet hinc quam utilis ad veram sacri textus lectionem figendam novamque accuratiorem editionem procurandam futura sit nostra haec collatio, quam utilis ad novas illius versiones deinceps procudendas; frustra enim vera interpretatio quaeritur, ubi de vera lectione dubitatur vel vitiosa habetur. Utilis ad antiquas ipsas versiones sive emendandas, sive confirmandas, ubi dubium nascitur, num recte necne a masoretico textu recedant. Utilis ad demonstrandam curam, qua divini libri servati sunt, eorumque in fidei doctrina sacrorumque monumentorum veritate consensionem et integritatem, quod maximum nobis so-

latium est, religionique nostrae praesidium.

Ac praeter haec alia adhuc sunt collationis nostrae emolumenta, ac illud non contemnendum, quod habes hic accuratissimam notitiam ac descriptionem mss. fere omnium primigenii V. T. textus, quae aetatem ferunt et Europa servat, quod melius et accuratius eorumdem codicum historia, natura, character, praestantia, aetas, genealogia, classes constitui possunt ac distingui, melius et accuratius figi derivatio, genealogia, classes editionum, et edoceri quae inter eas primariae, archetypae, matres sint, quae secundariae ac filiae. Deteguntur etiam fontes ac typi, unde principes et archetypae editiones sunt haustae, eorum character, pretium, fides eruitur, magna obscurioribus locis dubiisque rariorum vocum significationibus lux affunditur, antiquae et accuratiores identidem significationes in hodiernis lexicis deperditae restituuntur. Sunt et peculiaria alia nostrae collationis supra Kennicottianam emolumenta in Prolegomenis summatim exposita, quae statim offeruntur utramque inter se conferenti. Ex quibus quidem fit, ut quoad decerptas lectiones multo commodius et accuratius nostra quam Kennicottiana utaris, ut vel ex ipsa codicum summa constat, si accurate sit exhibenda, distinguendique fontes ac numeri perpetuo confusi, quod sine gravi molestia nullus, nec exercitatissimus criticus praestare poterit.

Quae emolumenta quamquam eximia sint, ea tamen omnia collatio amitteret, aut multum saltem ejus laudi decederet, si diligentia deesset. Quae in eruendis colligendisque undique mss. codicibus ea fuerit, ex incredibili eorum copia constat, pleniusque constaret, si susceptae meae collationis historiam, statum, progressum edidissem, ut de sua cl. Kennicottus fecerat. Tum enim luculenter patuisset quot et quantae ubique diligentissimae perquisitiones, in singulis praesertim Italiae urbibus ac provinciis, in singulis judaeorum synagogis, in singulis publicis ac privatis judaeorum ac christianorum bibliothecis, in singulis ghenizoth, seu locis recondendis laceris libris ac fragmentis destinatis, in vetustis denique ipsis librorum integumentis examinandis factae sint, eaeque sive per me, sive per alios, sive itineribus ad hoc institutis, sive per diutur-

num litterarum commercium per sexdecim circiter annos continuatae. Patuisset quo et quanto non dicam aere, sed studio devicta capsariorum nostrorum tenacitas ac religio in servandis nationis ac familiae monumentis, sacris potissimum, et ut saepe unius codicis, vel rarissimae et unicae editionis antiquae acquisitio et usus plures mihi annos infinitasque curas constiterit. Quamvis autem alii in dies codices detegi queant hucusque ignoti, alii plures servari in dissitissimis locis ac bibliothecis, tanta jam eorum copia est examinata, ut fere ceterorum collatione possimus carere, nisi eximia antiquitas, optimae notae, singulares ignotaeque variae lectiones, vel in rarioribus ac singularibus consensus suadeant utiliter eos posse aut debere conferri. Quae enim utilitas, aut quod communiorum variantium praesidium est, si tot codicum numero et auctoritati unus vel alter deinceps accedat?

Quae porro in eruendis ac colligendis codicibus, eadem in iis conferendis diligentia adhibita. Jam sancte in Prolegomenis testatus sum maximam eam fuisse ac vere summam, fidemque faciunt amplissimam non modo hucusque editae meae lucubratiunculae, sed Kennicottianae notae seu Kenn. codicum collationes religiosissime a me ubique decerptae, versiones, editiones, critica scripta, quae teruntur omnium manibus, infiniti qui emendantur, Kennicottianae aliarumque collationum naevi, quos si non animadvertissem, dubius et anceps perpetuo fuisset criticus, cui nam collatori ac lectioni crederet, tandem codices ipsi sive mei, sive exteri sub certis numeris semper designati, qui cuique patent et ab unoquoque possunt examinari.

Summum sane ubique in opere emicat studium veritatis ac diligentiae. Diligentiae studio tribuendum, quod Kennicottianorum codicum collationes ad iteratum examen saepe vocaverim, suppleverim, emendaverim, mss. earum schedis et excerptis, aliquando codicibus ipsis consultis, quod Kennicottianos codices qui in meas manus devenerunt, in integrum, seu in omnes quae producuntur, varias lectiones rursus contulerim, ac si nunquam fuissent collati, quod neglectis quas olim institueram, selectis meorum codicum collationibus, novam ac pleniorem semper susceperim, quod iterum

examinaverim editiones ab aliis allatas, maxime antiquas, non exceptis iis quae fuerant collatae in integrum, quod ad earum examen in dubiis lectionibus plura exemplaria adhibuerim, quod non modo antiquas, primarias, archetypas cum Hoogthiana comparaverim, sed et secundarias ac plerasque posteriores, ut editionum ipsarum status, character, fata ac primigeniarum lectionum progressus paterent, unoque intuitu videret criticus in quot et quas editiones lectio quaelibet permearit, quod constitutos praetergressus limites variantibus litterarum plures addiderim vocalium, accentuum, diacriticorum signorum, interpunctionum, quod praeter varias lectiones infinitas conjecturas non sine gravi temporis dispendio conferendas assumpserim, quod dubia et obscuriora loca, incertas, rariores, unicas dictiones saepe excusserim, collatis ad earum fidem et illustrationem non modo mss. codicibus, sed et ineditis antiquis lexicis, quod tandem omnia per me ipsum praestare voluerim, quamquam id esset et uni homini molestissimum, et infirmiori meae valetudini gravissimum, nihilque, si exterorum nonnullorum codicum collationem excipis, receperim, nisi αὐτοψία me primum convicerit.

Nec minus in decerpendis variis singulorum librorum lectionibus earumque delectu instituendo studium contuli. Etenim praeter Kennicottiana Biblia, quae diligenter semper ac patientissime percurri, delectis quas in immenso errorum et ineptiarum chaos reperiebam, majoris aut alicujus momenti variationibus, editas omnes aliorum collationes in suppetias advocavi ac fere omnia critica scripta, non neglectis dissertationibus academicis, collectisque undique non modo gravioribus variis lectionibus, sed singulorum de iis judiciis ac conjecturis. Sylvam auxi ex collationibus mss. antea a me factis sive meorum, sive exterorum codicum, et ex nova quam praemisi, eorum qui sunt vetustiores, et insignioribus variis lectionibus abundant. Codices decerpens attente semper abrasiones correctionesque considerabam, quaeque novae occurrebant discrepantiae criticorum attentione digniores, notabantur et in praecedentibus codicibus conferebantur. Saepe etiam Samaritanus textus et antiquae versiones cum hodierno Hebraico textu

collatae sunt, earumque dissidia in mss. codicibus quaesita.

Ita selectae variae lectiones decerptae sunt, antequam in singulis mss. examinarentur, quotquot pro tempore nosci ac decerpi potuerunt. Dandum est autem conditioni et aetati codicum, si plures praestantiores varias lectiones non complectantur, quas ferunt antiquissimae versiones. Recentior est enim vel non valde antiqua eorum origo, et adeo religiose ad masoreticas lectiones reformati sunt, ut mirandum potius sit tot et tantas amasoreticas potuisse complecti. Dandum non tam rei difficultati, quam temporis angustiis, si effugisse deprehendantur nonnullae vel etiam plures, quae mereantur conferri. Quum enim intra quadriennium opus absolvere mihi proposuerim, quod multo majus temporis spatium postulabat, saepe conferendarum lectionum delectus intra tam arctos limites factus est, ut penitiori indagini locus non esset. In tanta etiam farragine minimarum variationum litterarumque plenarum ac deficientium, quarum collatio in genere instituti mei non erat, quia ex scribarum arbitrio esse solent, nec sensum afficiunt, ut notant Aben Ezra et Elias Levita, sunt quae prima fronte et in specie nullius momenti esse videntur, sed in contextu et re considerata deteguntur graves, quaeque tum demum innotescunt, quum studiosius in loca ipsa inquiritur, eorumque fit accuratior analysis.

Dandum denique et naturae institutae collationis, quae selecta est, et in qua plerique codices non in integrum, sed in selectis tantum locis conferuntur. Ut tamen hac in parte praecedentium voluminum lacunam quoddamodo suppleremus, ad hujus calcem appendicem subjicimus, in qua exhibentur eae lectiones, quae post excusos libros nobis se se obtulerunt alicujus momenti, et in selectis aliis conferuntur codices mei serius comparati et superadditi. Placuit et ad collationis praestantiam ac supplementum subjicere summam codicum, qui sive universe collati sunt, sive in singulis scripturarum libris, in qua tamen nota a Kennicottianorum numero sive integro, sive singulorum librorum subduci qui in meam potestatem venerunt, qui sunt viginti, editosque nonnullos cum mss. a Kennicotto confusos, contra ex supplementis quosdam addi qui fuerant omissi. Emendatior ergo

ubique datur Kennicottianorum summa. Ex. g. in Gen. Kennicottiani in integrum collati numerantur 97, in locis selectis 223, in totum 320. Adde ex supplementis 153, 686, erunt 322. Sed demendi sunt mei duodecim, 409, 410, 417, 418, 419, 523, 554, 570, 573, 574, 581, 583, ac praeterea impressi quatuor cum mss. confusi, 386, 396, 513, 545, videlicet Pentateuchus Brixiensis 1492, Biblia Pisaurensia 1494, quae non existunt, aut saltem valde suspecta sunt, perperamque a Kennicotto a Brixiensibus distinguuntur, Pentateuchus in 4. et Biblia antiqua sine anno et loco. Superest ergo Kennicottianorum summa 306. Sic de reliquis.

Sed sat de nostrae hujus collationis praestantia, utilitate et usu diximus. Illud unum monendum restat ut usus hic sit moderatus ac prudens. Cave, ne variis lectionibus abutaris, earumque novitatis pruritu abripi te sinas, ac lectionem quamlibet, quae facilitate et analogia se commendet, videaturque prima fronte melior magisque consentanea, statim acceptes ac praeferas. Id enim a nonnullis liberrime fieri nostra hac aetate videmus et dolemus, ut varias lectiones saepe sine delectu ac necessitate assumant, receptis anteponant, temere sacrum textum emendent, deleant, addant, transponant, mutent pro levi conjectura ac fere pro eorum ingenio, eaque libertate utantur in sacris libris, qua nemo utitur in prophanis. Ne abutaris auctoritate et testimonio veterum interpretum, qui citantur ut vertunt, et ut in eorum versionibus legunt, monentes in Prolegomenis eos aliquando liberos esse, non litterae ac verborum tenaces, saepissime autem in collatione ipsa, ubi de anomaliis agebatur, eos solam analogiam sequi, non ullam in iis auctoritatem codicum. Illud etiam testati nos communibus Polyglottorum lectionibus uti, non mss. earum codicibus, hebraicorum nos codicum discrepantias dare, non versionum, quamquam saepe id factum sit, potissimum ubi Alexandrinus vel Complutensis codex Lxx a Vaticano dissentiebat.

Nec velim abutaris sacrorum criticorum judiciis, quae crebro protulimus. Historice tantum nos ea proferre professi sumus, ut uno intuitu tibi constet quos varia ea lectio nacta sit defensores, quaeque de ea fuerint ante mss. codicum colla-

tionem et auctoritatem aliorum conjecturae et sententiae, fatemurque esse inter eas liberiores, quae justis aequitatis saniorisque criticae limitibus non continentur. Interdum etiam criticus solam spectat syntaxis analogiam, optimamque, egregiam, meliorem lectionem appellat, quod contextui sit aptior, quin eam praeferat, aut ab aliis velit praeferri. Quod nos ipsos fecisse aliquando monuimus in Praefatione ad II volumen. Itaque antequam quidpiam assumas, mature primum fontes expende, et ad justas ac severiores criticae leges exige eosque canones, quos in hanc rem praemisimus. Si patet error ac mendum, et certo corrigi potest, socordiae est, ignorantiae, superstitionis non emendare, licetque utique christianis criticis et editoribus, quod Norzio aliisque judaeis licuit qui errores in editiones introductos emendarunt. Id etiam postulat sacri textus dignitas ac critici munus. Sed caute id facias, prudenter, ex auctoritate gravissima mss. codicum et accuratiorum sacrae criticae fontium. Ubi menda non patent, vel si patent, certa codicum auctoritas certaque emendatio non suppetit, sacras has remotissimae antiquitatis reliquias quales ad nostra haec tempora devenerunt, aevi diuturnitate et hominum negligentia paullulum male habitas intactas relinque et religiose serva.

ימים ידברו ורב שנים ידיע חכמה׃

DIES ANTIQUI LOQUANTUR, ET QUI MULTOS HABENT ANNOS DOCEANT SAPIENTIAM.

Job. xxxII 7.



MSS. EDITIQUE CODICES
COLLATIONIS ADDENDI.

MSS. CODICES SACRI TEXTUS
BIBLIOTHECAE AUCTORIS.

940 ***Biblia*** **cum Masora, cod. ms. membr. charactere quadrato italico in 4. 2 col. an. 1499.**

Nitidissimus ac pulcherrimus codex, Kennicottianus 417 Mediolanensis, qui una cum duobus sequentibus ex Bibliotheca Comitis de Firmian ad meas manus devenit. Is est in 4. et quidem minori, non in fol., ut Brunsius ac Kennicottus tradiderunt, numerumque habet in excuso illius Bibliothecae *Catalogo* A 265 Vol. mss. p. 72. Praemittuntur longo ordine dispositae variae lectiones ben Ascer, et ben Naphtali, et tituli propheticarum sectionum. Omissae initiales librorum litterae ut auro minioque ornarentur. Psalmi, Prov., Job in hemistichia divisi, ordo librorum germanicus. Ad calc. *Erexitque Moses tabernaculum, librum hunc Bibliorum dispositum* etc. . . . . *mense secundo an. 5259 ab O. C. die XXII mensis erectum est tabernaculum hoc sanctum per manum Mosis fil. R. Chaiim hispani. In cujus autem gratiam ego laboro? Annon in grat. potentis* etc. *Samuelis fil. Maimon?*

941 ***Biblia*****, cod. ms. memb. hisp. in 8. vel 12. maj. 2 vol. sub fin. sec. XIII.**

Jam in not. ad hunc codicem, qui est Kenn. 418, Kennicottum emendavimus eum male referentem ad init. sec. XII. Initiales Pentateuchi ac reliquorum fere omnium librorum litterae ceteris aequales, majores sectiones ampliori spatio non distinguuntur, quam minores, rariores masorethicae notae, librorum poeticorum divisio partim metrica, partim continua. Singularis librorum ordo, nam v Meghilloth post Esdram et Nehem. collocantur. Nonnullas habet lacunas a K. observatas, ut Exod. II ad Levit. VII 29, Psal. LXXII et LXXIII, Esd. VII 4, et desinit v. 11 postremi cap. II Paral. Quamquam hispanicus, saepissime a masoretico textu dissidet, saepe etiam singulares et unicas lectiones tuetur. Conf. Psal. LXVIII 28, CXVIII 27, Prov. III 15, XI 23, Dan. XI 6, Esd. II 8, IV 7, Neh. I 11, I Paral. I 40, XXIII 13, II Paral. XVI 9, in Append. Isai. XIV 15, Ezech. VII 7. In Firmiano *Catal.* numeratur A 280, 281.

942 ***Biblia*** **cum Masora, ms. memb. charact. rabb. in 8. vel 4. min. 2 col. 3 vol. sec. XIV.**

Olim Firmianus A 278, 279, et Kenn. 419. Librorum tituli auro minioque exornati, eorumdem ordo in Agiogr. Talmudicus, nisi quod Proverbia Jobum praecedant. Poetica oratio non per versus, vel hemistichia, nec integra linea, sed spatiolo interrupta. Deficit caput postremum II Chron., explicitque codex judaico calendario. Parum accurate *Catal. Firm.* notat deficere lib. II Reg. a cap. XXV 23 ad fin. Unic. ac sing. Num. XXI 15.

948 ***Pentateuchus*** **cum Targum, *Aphtar.*, *Meghilloth*, Com. Jarchì, in *Cant.* vero Com. ined. R. Jos. Karae, memb. germ. in fol. sec. XIII.**

Litterae init. librorum majores. Sub finem Pent. extat annorum index, quos quilibet libri sacri complectuntur, et traditio de eorum auctoribus. Commentarium in Cant. esse R. Joseph Karae eruo ex cod. meo 456, et ex Neap. Agiographis, ubi ejusdem Commentarius habetur, non Jarchii, ut monebimus in Annalibus hebraeo-typographicis. Karae etiam, non Rascii est Comm. in Cant. cod. mei 924. Reliquae Meghilloth exhibent Comm. Jarchianum, in Esther vero additur Targum. Desinit codex Esth. IV 2.

949 *Pentateuchus* cum Masora, *v Meghilloth*, et *Aphtaroth*, membr. germ. in fol. 2 col. sub fin. sec. XIII.

Primum fol. recentiori atramento rescriptum, et initia librorum ac sect. litteris majoribus. Ad calc. *Roboretur Jacob filius Isaac scriba, damno non afficiatur nec hodie, nec in aeternum*. Singularis est et unic. Gen. XVIII 29 in servanda lectione Sam. T., LXX, Vulg. et Syri, et fere unicus Exod. XXXIX 22. Pertinebat et ipse ad Biblioth. Firmianam sub n. A 239.

950 *Pentateuchus* cum *Aphtaroth*, *Meghill.* et Masora, membr. hispan. nitid. in 4. maj. 2 col. an. 1442.

Notatu digna nomina, quibus quinque Pentateuchi libri in hoc codice appellantur. Ante Genesim אשית ספר הישר *Ponam librum recti*, et ad calc. *Liber Genesis est liber recti*. Ante Exod. זה ספר הברית *Hic liber foederis*, ante Levit. זה ספר תורת כהנים *Hic liber legis sacerdotalis*, ante Numeros זה כפר חומש חפקודים *Hic liber Pentateuchi est praefectorum*, ante Deuter. ספר משנה תורה *Liber repetitionis legis*. Ad calc. Pent. *Completus est hic Pentateuchus, laus Deo, feria quarta die XII mensis Scebat an. 5202 ab O. C.* באקלאג *anno* יש לי ר״ב est mihi multum (202). *Ego Jacob fil. R. Mosis filii Alachadab scripsi et accuratissime expendi hos quinque libros legis auxiliante Deo magno et terribili in grat. excelsi* etc. *R. Jom Tov fil. David fil. Prag. . . . Descripsi et masora instruxi, et absolvi supradicta die an. 202*. Post Apht. alia occurrit epigraphe, qua librarius eas absolvisse asserit feria V die XXVII ejus mensis Scebath, et an. 202, et tertia post Meghilloth, in qua testatur se iis finem imposuisse feria IV die III mensis Adar in urbe Aklagh an. 202. Explicit codex indice annorum mundi, quos libri sacri continent eorumque auctorum. Sing. et unicus Deut. XXXII 5.

951 *Pentateuchus* cum *Aphtaroth*, *v Meghilloth*, Masora, et vol. Antiochi chaldaice, membr. hispan. elegantiss. in 4. 2 col. sec. XV.

Praecedit catalogus var. lect. ben Ascer et ben Naphtali. Init. librorum litterae minores. Ad margin. citatur aliquando codex Hillelianus, Hierosolymitanus, correctus. Ad calc. Esther: *Absolutum completumque est opus. Benedictus qui dat lasso robur, et cui vires desunt, animum adjicit*. Volumen Antiochi excipit index litterarum majusc. et minusc. et judaicum calendarium.

952 *Pentateuchus*, membr. italic. in 8. 2 col. sub in. sec. XIII.

Codex sane vetustissimus, in quo nulla masorae vestigia, ac Kerì ipsum rarissime occurrit, nullae majusculae vel minusculae litterae, nullum majus spatium ante majores sectiones. Incipit Gen. XI 6, et desinit Deut. XXVIII 58.

953 *Psalterium* et *Job* cum Com. Gersonidis, membr. italic. in 4. in. sec. XV.

Incipit Psal. IX 21, et desin. Job XXXIV 6. Ad calc. Psalmorum, qui numerantur 149, legitur nomen librarii Zerachiae. Singularis Job XIX 3.

954 *Psalterium*, membr. germ. in 4. sec. XIII.

Incipit Psal. V 13, desinit Psal. CXXIV. Litterae init. Psalmorum majores, rarum Kerì, masora nulla. Variis lectionibus abundat, inter

quas insignes et bonae notae. Unic. Psal. XXXIII 18.

955 *Canticum, Ruth, Threni, Ecclesiastes, Biblicae Sectiones* ac *Psalmi* occurrentes in Machazor, membr. hispan. in fol. sec. XIV.

956 *Canticum, Ruth, Psalmi* varii, membr. german. in fol. 2 col. sec. XIII.

Conspicitur ad calc. nomen scriptoris cujusdam Samuelis. שמואל הצעיר לא יוזק.

957 *Ecclesiastes*, membr. german. in fol. sec. XIII.

Extat ad calc. contractus venditionis an. 109 sexti millenarii, Ch. 1349.

958 *Psalmi* occurrentes in Agadà, membr. germ. in 4. maj. sec. XIV.

Exornatur aureis litteris et figuris.

959 *Pentat.* et *Proph.* Sectiones et *Psal.* occurr. in Machazor, memb, rabb. fol. an 1380.

Ad calc. *Absolutumque opus ministerii sancti hujus ordinis per manus... fil. R. Jechiel fil. R. Mescullam; absolvi autem illud hodie feria I die IX Maii, quae est XIV Jiar an. 140, scripsique illud in grat. R. Ezrach fil. R. Isaaci*. Scriptus, ut videtur. Perusiae, nam infra subjicitur contractus venditionis diei VII Chasleu, seu IV Novemb. an. 5171, in quo codicis possessor appellatur Perusinus, constituto pretio 31 aureorum.

Ibid. ועזריה *et Azarias* — ואחזיהו *et Ochozias*, Kenn. 2, 17, 80, 82, 219, 224 marg., 235 marg., 246, 531, 602, 607, nunc 228, videtur primo 590, mei 196, 554, primo 737, nunc 380, Lxx, Vulgatus, Syrus, Arabs. Cod. meus 517 ad marg. ואחזיהו מצ' *Reperi et Ochozias*, quod Castallio, Houbigantius, Dathius et Schulzius anteponunt. R. Biniamin in ms. suo *Commentario* sub nomine Azariae hic Ochoziam intelligi fatetur, sed putat bina eum diversa nomina habuisse. In nonnullis codicibus, inter quos meus 196 hispan., ab hoc verbo novus versus inchoatur. V. 7 pro יורם melius יהורם, ut antea et in hoc eodem versu, plures legunt, inter meos 196, et 275 hispanici, et 413 Hillelianus cum Bibliis Soncinensibus.

XXII 8 בהשפט *dum jus faciebat* — כהשפט *cum jus faceret*, Kenn. 1, 67, 89, 93, 94, 130, 141, 155, 158, 160, 168, 253, 601, 602, videtur 102, mei 1, 2, 3, 4, 31, 34, 35, 186, 196, 275, 346, 368, 413, 509, 518, 576, 667, 677, 683, 775, 782, 801, 940, 942, primo 596, 789, ex Bibliis Hal. Erfurt. 5, seu ext. 136, Biblia Sonc. a Kennic. omissa, Antiqua sine anno et loco, Complutensia, Mantuana 1742, ad marg. Veneta 1518, Agiographa Neapolitana. Notat Norzius in accuratis mss. legi per caph.

XXII 10 ותדבר *et perdidit* — ותאבד idem communiori verbo Kennic. 99, 249, mei 4, 579, primo 737, nunc 593, ad marg. ס"א ותאבד 596. Ita parall. locus II Reg. XI 1, Grotius, et Houbigantius. דבר in hoc uno loco significationem hanc habet *perdendi*, et est pro אבד. Daleth sup. ras., forte primo א, meus 413 Hillelianus.

XXIII 7 והיו *et estote* — וְהָיוּ cum sceva et kametz *et sint*, cod. mei 4, 368, 380, 593, 596, 737, 801, primo 1, 304, apud Lilienthalium Regiom. 2, Lxx, Chaldaeus, Vulg., Arabs. ויהיו pariter *et sint* Ken. 173, et primo meus 187 hispanicus.

XXIII 13 והשרים per sin *et principes* — והשׁרים per scin *et cantores*, cod. mei 35, 346, 576, 801, primo 187, Biblia Veneta 1766, et Pisana 1781. Ita Schulz. *Schol.* in h. l. Cod. meus 789 והרצים.

XXIII 18 עלות יהוה *oblationes Domini* — עלות ליהוה *oblationes Domino*, Kenn. 1, 80, 89, 100, 117, 118, 139, 150, 160, 170, 226, 227, 228, 249, 250, 252, primo 3, 141, nunc 155, mei 1, 187, 275, 368, 554, 579, 593, 596, 683, 737, 789, 824, 940, 941, primo 677, nunc 304, ex Bibl. Hal. ext. 136, seu Erfurt. 5, Biblia Soncin., Brixiensia, Complutensia, binae Venetae editiones 1518, alia 1521, et Munsteri hebr.-latinae 1534, 1546, Lxx, Vulgatus, Chaldaeus.

XXIV 12 ויהוידע *et Jojadas* — ויהוידע הכהן *et Jojadas sacerdos*, cod. meus 737, et Lxx.

Ibidem אל עשה *ad facientem* — אל עשי *ad facientes*, vel *curatores*, K. 117, 166, 168, 228, 231, primo 249, nunc 158, mei 2, 186, 554, 737, 775, primo 346, 368, 579, Lxx, Vulgatus, Syrus, Chaldaeus,

Arabs, sicque in plur. repetitur versu seq. ויעש עש *et fecerunt curatores operis*, unde praeferenda.

XXV 1 מלך אמציהו *regnavit Amasias* — אמציהו במלכו *Amasias cum regnare inciperet*, Ken. 188, 224, primo 176, mei 593, primo 579, Vulgatus, Syrus.

XXV 3 עליו *super eo* — בידו *in manu ejus*, Kenn. 117, 158, 188, 224, primo 176, mei 196, 579, primo 2, 737, 782, Lxx, Syrus, Arabs. V. 9 plurimi in textu ולמאת, et pro הבכר meus 596 in plur. הבכרים.

XXV 15 ויאמר אליו *et dixit ad eum*. Multi ויאמר לו *et dixit ei*. Neglectis italicis et germanicis, ex meis hispanicis ita legunt 4, 33, 187, 196, 275, 304, 346, 576, 941, nunc 782, Hillel. 413, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine an. et loco, Pisaur., et Neap. Agiographa.

XXV 16 נתנוך *constituimus te* — נְתָנוּךָ per kametz et sine daghesc *constituerunt te*, cod. mei 2, 34, 275, 304, 368, 576, 593, 596, 737, 801, 940, primo 187, in Bibl. Hal. Erfurtensis 1, apud Lilienthalium Regiom. 2, Biblia Pisaur. 1517, Veneta utraque 1518, Veneta 1521, Munsteri 1534, alia ejusdem 1546, Rob. Stephani utraque in 4. et 16., Sanctandreana 1586, Hutteri 1587, Witteberg. 1587, Lombrosi 1639, Agiographa Neap., Sulsbacensia 1769, et Targum. » Satis commode, subdit in Bibliis Hal. Henricus Michaëlis, quia subsequitur mox יכוך *percutient te* ». Alii cum Bibl. Soncin. solum daghesc omittunt.

XXV 23 יהואחז *Joachaz* — אחזיהו *Ochoziae*, Kennic. 117, 188, 224, mei 31, 196, 737. » Erat Joas filius Ochoziae, non filius Joachaz. Itaque legendum בן אחזיהו ». Houbig. in h. l.

Ibid. הפונה *speculae* — הפנה *anguli*, cod. mei 1, 2, 380, 593, nunc 304, plene הפינה Kenn. 117, meus 801, primo 31, Lxx, Vulg., Chaldaeus. Ita II Reg. XIV 13, et infra cap. XXVI 9. Praefert Houbigantius. Defective הפנה Kenn. ac mei plures.

XXV 26 הלא *annon*. Deest in K. 145, in meis 346, 593, Syro, Vulgato et Arabe. Sequitur הנם *ecce ipsa*.

Ibid. הנם *ecce ipsa* — הם *ipsa*, Kennic. 80, 117, 226, 228, mei 596, 824, primo 187, Agiographa Neap. et Targum. Melius quia praecedit הלא *annon*. Kenn. 89 הנוה.

XXV 28 בעיר יהודה *in civitate Judae* — בעיר דויד *in civitate David*, Kennic. 30, 31, 71, 170, 204, 207 marg., 210, 227, 356, mei 368, 518, primo 187, nunc 31, Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, et locus parall. II Reg. XIV 20. Ad margin. ס״א דויד *alii libri David* cod. meus 596. » Nos *in civitate David*, inquit ad h. l. Houbigantius. Nam sic omnes veteres; sic codex orat. 53, sic Regius 29, sic denique Reg. 3 (olim 5) priori quidem manu. Nam in eo perperam deletum fuit דויד, ut fieret יהודה. Nusquam Jerusalem vocatur *civitas Judae* sine addito. Ut manifestum sit mendum יהודה esse hod. codicum eorumque deteriorum ». Idem Dathius p. 778 in notis, ubi pro 12 *cod. Kennic.* corrige novem, nam ex 10 numeris, qui in Kenn. collatione afferuntur, demendus adhuc 300 Norzianas notas designans. Plur. בערי *in civitatibus Judae* Kennic. 141, 178,

188, mei 4, 683, primo 737, et Neapol. Agiographa.

XXVI 5 בראות *in visionibus Dei*, vel *in videndo Deum* — ביראת *in timore Dei*, cod. mei 1, 3, 579, 593, 683, 789, primo 187, nunc 380, cod. Vatic. 3, seu Kenn. 485 a me collatus, in Bibliis Halens. Erfurtensis 2, 3, primo 5, Cassellanus in Schiede *Biga observ.* ex secunda manu, Regiomont. 2 apud Lilienthalium, Agiographa Neapol., Lxx, Syrus, Chaldaeus, et Arabs, excepta tamen quoad Lxx editione Complutensi. Ex Kenn. codicibus, qui infra defective legentes producuntur, multi proculdubio legunt per patach *in timore*, nec aliter legebat antiquissimum ms. Palatinum Bibliothecae Heidelbergensis, ut illud citat Buxtorfius in *Lex. heb.* pag. 703. Talmudistae in tractatu *Sotà* cap. IX fol. 48 b legerunt et ipsi ביראת. Ex defectiva autem lectione, quam constanter servant in quinque diversis editionibus, verosimile admodum est eos in singulari legisse. Certius hoc de R. Salomone Jarchi, qui sacra verba ita explanat שהבין ביראת האלהים שטובה היא *qui instruebat in timore Dei, qui utilis est* etc. Porro Jarchius non solum ita commentatur hunc locum, sed et sacrum ipsum contextum non aliter producit in codice meo 34, contra ac fiat in Bibliis Rabbinicis 1525, et 1568, ubi habetur בראות. Expositio ipsa Rascii lectionem codicis confirmat, nec dubitandum, quin in suo exemplari ipse legerit ביראת, et quidem per patach. Idem dicendum de anonymo auctore *Commentarii Paralip.* in Neapolitanis Agiographis excusi, qui controversum vocabulum reddit בדת *in religione Dei*. » Favet denique, notat hic Houbigantius, orationis series. Nam sacra pagina demonstrat, quae caussa fuerit, cur Ozias, dum Zacharias superstes esset, Deum timeret, nimirum eum ad Dei timorem erudivisse Zachariam; quam caussam hodierna scriptio non attingit, et videtur a re narrata paulo remotior. Adde ראה non esse visionem, sed vel ראי, vel מראה ». Hinc lectionem hanc tot idoneis testibus suffultam ac commodiorem calculo suo comprobant hodiernaeque praeferunt multi critici, Piscator in h. l., Drusius in *Observ. sacr.*, Capellanus in *Mari rabb. infido* in *Cren. Opusc. Fasc. X* p. 392, Vitringa *Prol. Comm. in Isai.* pag. 3, Schiede *Biga observ. sacr.* p. 67, Houbigantius *Notae crit.* Tom. II pag. 334, Dathe *Libri hist. V. T.* p. 779, Schulz *Lex. heb.* p. 521, et Michaëlis *Suppl. ad Lex. heb.* p. 1154. Conf. Glass. *Philol. sacr.* p. 575, Lilienthal *Descript. cod. Regiom.* p. 486, Kenn. *Diss. II de T. H.* p. 251, et *Diss. gen.* §. 35.

Alii codices, sed numero pauciores, habent ביראת per cholem *in timoribus*. Ita ex meis 31, 737, primo 34, nunc 942, sicque alios codices legere monet ad marg. ext. 5, seu Angelicus. Ex Kennicottianis codicibus alterutro modo sive per patach in sing., sive per cholem, defective ביראת legunt 17, 71, 80, 82, 117, 145, 155, 166, 170, 171, 175, 188, 210, 225, 228, 250, 332, 355, 356, 403, 405, 471, 476, 477, 494, 497, 505, 506, 520, 528, 530, 531, 532, 590, 606, 607, 612, 621, primo 82, 168,

404, nunc 249, 251, 525, 559. Verosimile est plerosque legere per patach *in timore*. Defective בִּרְאַת legunt quoque R. Nathan in *Concordantiis hebraicis* ad rad. ירא, et R. David Kimchi *Comm. in Isaiam*, teste Drusio in *Observ.* et in Poli *Synopsi*. Plene alii בִּירְאוֹת, ut Kenn. 93, 188, 309, 598, primo 646, mei 2, 186, 941, nunc 368, nunc ext. 1. Tandem silentio praetereundum non est codices nonnullos vocabulum istud legere cum metegh quasi contractum pro בִּירְאוֹת, inter editos Bibl. Ven. 1678 in notis Halensibus jam memorata, item Veneta 1690, et 1730. Atque ante has editiones ipsum בראות etiam sine metegh a ירא deduxerat et explanaverat Lonzanus ad marg. Bibliorum 1639, notans לשון יראה וחסר יוד *significatio est timoris, deficitque jod*. Cod. meus 801 בִּרְאַת, et defective בראת multi mss. et editi.

XXVI 7 והמעונים *et Mehunitas* — והעמונים *et Ammonitas*, Kennic. 89, 235, 530, 590, meus 593, Vulgatus, Houbigantius et Dathius. Ken. 180 ובעמונים *et contra Ammonitas*. Pro בגור cod. meus 737 primo בגד et corr. בגוד.

XXVI 11 עשה *faciens*, vel *facientis* — עשי *facientium*, Kenn. 188, 253, primo 173, mei 275, 737, 775, 801, Biblia Soncin., Antiqua sine anno et loco, Complut., Pisaur., Veneta utraque 1518, Ven. 1521, Ven. Rabb. 1525, Munsteri 1534, 1536, 1546, Rob. Stephani in 4., Ven. Rabb. 1568, Sanctandr. 1586, Hutteriana 1587, Witteberg. 1587, Nisseliana 1662, Veneta 1678, Venetae aliae editiones 1690, 1730, 1739, 1743, 1766, Mant. 1742, Pisana 1781, Syrus, Vulgatus, Chaldaeus, Arabs. Melius ob plurale יוצאי quod sequitur. Hic Mantuanorum Bibliorum editores Norzium secuti non sunt ex Masora probantem singul. lectionem עשה. V. 16 plures ובחזקתו cum editionibus nonnullis, inter quas Venetae 1518 et 1521.

XXVI 23 ויקברו אתו עם אבתיו *et sepelierunt eum cum patribus suis*. Verba *cum patribus suis* non legunt Ken. 1, 17, 157, 227, ex prima manu mei 3, 596, Vulg., Syrus et Arabs. Praecedit jam in hoc versu *dormivitque Ozias cum patribus suis*. Quidam prius illud membrum integrum praetermittunt.

XXVII 5 עם מלך בני *cum rege filiorum Ammon* — עם בני *cum filiis Ammon*, Kennic. 170, primo meus 941, et Arabs. Syrus *cum populo Ammonitarum*.

XXVIII 1 בן עשרים שנה *Filius viginti annorum* — בן עשרים וחמש שנה *Filius viginti quinque annorum*, cod. meus 593, Lxx, Syrus et Arabs. Lectionem hanc communi esse praeferendam ita ex contextu ipso sacro Houbigantius demonstrat. » *Filius annorum viginti erat Achaz, cum regnavit, et sedecim annis regnavit*. Si in scriptione ea acquiescimus, vixerit Achaz annos tantummodo 36. Atqui cap. XXIX 1 dicitur Ezechiam fuisse annos 25 natum, tum cum patre mortuo regnare coepit; ex quo sequetur Ezechiam fuisse natum anno Achaz patris sui undecimo, quod est dictu incredibile. Itaque legendum cum Graecis, cum Syro et Arabe עשרים וחמש שנה *annorum viginti quinque*, ita ut

Achaz cum regnare coepisset anno vitae suae 25, regnasset annis 16, mortuus fuerit anno vitae suae 41. Ex quo sequetur Ezechiam cum natus esset annos 25 patre Achaz moriente, fuisse natum anno vitae Achaz decimo sexto ». In Houbigantii sententiam concesserunt Dathius et Schulzius, nec negandum lectionem hanc esse multo verosimiliorem. In cod. meo 3 deerat ex prima manu integer versus.

Ibid. יהוה *Domini* — יהוה אלהיו *Domini Dei sui*, Kenn. 2, 82, 94, 100, 117, 150, 160, 194, 235, 601, 602, nunc 157, 224, mei 2, 186, 380, 554, 775, primo 31, nunc 319, primo Erfurt. 5 in Bibl. Hal., et Syrus. V. 2 pro מסכות *fusilia*, Kenn. 224 מצבות *statuas*. Ita per ב Lilienthalius, non per כ, ut Kennicottus.

XXVIII 3 ויבער *et accendit* — ויעבר *et traduxit*, primo meus 737, Lxx et Syrus, non omnes veteres, ut notat Houbigantius. Nullus בנו *filium suum*, ut Syrus, Arabs, Josephus et lib. II Regum XVI 3. V. 8 pro מאתים אלף *ducenta millia* Kenn. 590 אלף *mille*.

XXVIII 13 אף *irae* — אף יהוה *irae Domini*, Kenn. 176, 250, primo meus 186, primo ext. 1, Lxx, Vulgatus. Pro לנו cod. meus 596 בנו, Kenn. 175 עלינו.

XXVIII 16 מלכי *reges Assyriae* — מלך *regem Assyriae*, Ken. 188, Lxx, Vulg., Syrus, Chald., Arabs. Ita etiam lib. II Reg. XVI 7, Josephus Antiq. IX cap. XII, Castallio, Houbigant. et Dathe. Alii pro plur. excellentiae habent, ut אדנים. V. Storr *Observ. ad synt. heb.* p. 97, et Schulz *Schol.* in h. l. Kenn. 1 מלכ.

XXVIII 19 מלך ישראל *regem Israel* — מלך יהודה *regem Juda*, Ken. 175, 220, 224, marg. 226, 228, 322, 531, primo 355, nunc 170, mei 4, primo 380, nunc 579, primo ext. 1, Agiogr. Neap., Lxx, Vulg., Syrus, et Arabs. Ita Capellus, Houb., Dathius et Schulzius, qui laudatis interpretibus antiquis Chaldaeum addunt, a Beckio, ut opinor, editum. Nam Targum Wilchinsii, quo utor, habet מלכא דישראל. *Israel* sine punctis habet cod. meus 1, non suppleto nomine Judae. Multi codices ad h. l. notant septem conjici מלך יהודה. Ex meis ita 34, 196, 940, aliique.

XXVIII 20 תלגת *Tilgath* — תגלת *Tiglath*, Ken. 1, 2, 89, 158, 170, 192, 210, 226, primo 82, 128, mei 1, 4, 31, 380, 554, 593, 941, primo 187, 579, et Syrus. Ibid. פלנאסר *Pilneser*. Cod. meus 737 פלאסר *Pileser*, vel *Phelassar*, ut cod. Vatic. Lxx et Syrus, notatque Martianaeus editor operum D. Hieronymi mss. latinos constanter hic legere, ut supra, *Theglath Phalasar*.

XXVIII 23 מלכי *regum* — מלך *regis* primo meus 737, et Lxx.

XXVIII 24 כלי 1° *vasa* — כל כלי *omnia vasa*, Ken. 2, 80, 158, 227, 228, primo 82, forte 128, mei 196, 737, primo 186, nunc 31, Vulgatus, Chaldaeus.

XXIX 5 הקדש *a sancto*. Ken. 1, 93, meusque 596 מן המקדש *a sanctuario*.

XXIX 9 אבותינו *pater nostri* — אבתיכם *patres vestri*, Kenn. 224, et Lxx. V. 15 quidam במצות per beth cum editionibus nonnullis, inter quas Wittebergensis, seu Hartmanniana, et

Veneta utraque 1518, in textu, non ad marg., ut habent Biblia Halensia.

XXIX 20 שרי *principes* — כל שרי *omnes principes*, K. 188, 224, 245, meus 579, nunc 737, et Vulg.. V. 22 pro הבקר *bovem* cod. meus 596 הפר *vitulum*, ut Lxx. XXX 1 על כל. Ext. 1 primo אל כל.

XXX 6 וכמצות *et juxta praeceptum* — ובמצות *et in praecepto*, Kenn. 89, 100, 118, 119, 128, 157, 198, 210, 225, 227, 245, forte 150, nunc 158, mei 1, 2, 4, 187, 304, 319, 368, 380, 413, 509, 518, 554, 576, 683, 737, 775, 789, 824, 940, 941, Biblia Brix., Antiqua sine an. et loco, Complut., Ven. bina 1518, Veneta 1521, Munsteri 1534, ej. 1546, Rob. Steph. in 4., Witteberg. 1587, seu Hartm. 1595, Lombrosi 1639, Niss. 1662, Agiogr. Neap. 1487, Sulsbac. 1769, et Syrus. In Kennic. collatione omittuntur hic et seq. Biblia Brix. et Neap. Agiographa. במצות Kenn. 226, ac meus 186, כמצות meus 196. V. 10 pro משחיקים in Hiphil, quod hoc uno, ut puto, loco occurrit, codices nonnulli, inter quos meus 941 hispanus, habent משחקים in Pihel.

XXX 16 כתורת *juxta legem* — בתורת *in lege*, Ken. 1, 2, 89, 601, forte 150, mei 4, 31, 34, 275, 380, 413, 554, 576, 593, 683, 737, 789, 824, 941, primo 2, 304, primo Erfurt. 5, Biblia Soncin., Brix., Antiqua sine anno et loco, Venetae edit. Bibliorum 1613, 1647, 1678, 1690, 1730, 1739, 1743, 1766, Pisana 1781, Agiogr. Neap., ad margin. Biblia Veneta 1518. Ibid. והכהנים *et sacerdotes* cum nexu, ut vult Houbig. leguntque Lxx, Vulg., Arabs, habent Kenn. 175, mei 187, 593, 789, primo 737.

XXX 19 כטהרת *secundum purificationem* — בטהרת *in purificatione*, K. 1, 101, 166, 180, 227, mei 2, 368, 413, 554, 576, 737, 801, 941, nunc 518, Brixiensis editio et Veneta 1647.

XXX 23 שמחה *laetitiam* — בשמחה *in laetitia*, Ken. 17, 71, 117, 157, 160, 168, 170, 175, 188, 253, primo 139, mei 1, 31, 275, 517, 554, 576, 593, 824, primo 187, Biblia Sonc., Brix., Antiqua, Veneta utraque 1518, Veneta 1521, Basil. 1536, Rob. Stephani in 4. et 16., Sanctandreana 1586. V. 26 pauci לא היתה כזאת expresso verbo.

XXX 27 הלוים *sacerdotes levitae*. Quinque Kenn. ac mei nonnulli, inter quos 187, et 801, cum Bibl. Compl. והלוים *et levitae*, ut Lxx et Vulgatus. Pauci pro לשמים legunt השמים. Quae lectio, etsi paucissimorum codicum et deterioris notae, in plures tamen editiones irrepsit, Venetas 1678, 1690, 1730, 1739, 1766, et in Mantuanam 1742, verum apposita in plerisque nota marginali alia exemplaria habere לשמים.

XXXI 15 ומנימן *et Menjamin* — ובנימן *et Beniamin*, Kennic. 1, 227, meus 380, Lxx, Vulgatus, Syrus, Arabs, Houbigantius.

XXXI 16 כמחלקותיהם *juxta divisiones suas* — במחלקותיהם *in divisionibus suis*, Kenn. 1, 2, 3, 80, 89, 92, 118, 150, 160, 166, 226, 245, primo 128, 141, forte 71, mei 2, 3, 4, 31, 34, 35, 186, 187, 196, 275, 319, 380, 554,

576, 579, 596, 677, 775, 824, 940, 941, primo 782, videtur 801, videtur primo 683, nunc Erfurtensis 5, seu ext. 136, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Complut., Veneta utraque 1518, Veneta 1521, Ven. 1525-28, Ven. 1533, Basil. Munsteri omnia, 1534, 1536, 1546, Roberti Steph. in 4., Veneta 1551, Veneta in 16. 1552, Veneta 1563, Veneta 1566, Veneta 1570, Hutter. 1587, Wittebergensia 1587, seu Hartmanniana 1595, Ven. 1613, Veneta 1615, Genevensia bina in 4., et 12. 1618, Ven. 1627, Ven. 1635, Amstelod. 1639, Veneta 1647, Lipsiens. 1657, Venetae aliae editiones 1678, 1739, 1743, 1766, Mantuana 1742, Pisana 1781, videntur Biblia Rabbinica 1568. Meus 737 במחלקתם. Contra v. 17 per כ legit meus 346.

XXXI 18 יתקדשו *sanctificabant se*. In praet. התקדשו Kennic. 188, primo 94, primo meus 737.

XXXI 19 בשדי *in agris* — בשדה *in agro*, Kennic. 2, 17, 30, 128, 176, 188, 198, 253, 602, primo 67, 139, 141, mei 1, 2, 275, 554, 576, 596, 775, 941, primo 3, 31, 187, 782, nunc 380, Biblia Sonc., Brixiensia, Agiogr. Neap., et Targum. Ad voc. הכהנים ext. 5 notat ad margin. *Alii libri* הכהן *sacerdotis*. Idem codex versu seq. cum Kennic. 170 pro כזאת legit כן.

XXXII 15 יצילו *eruent* – יציל *eruet*. Kennic. 2, 82, 141, 144, 150, 178, 601, nunc 158, 242, mei 1, 346, 801, 941, 942, primo 187, 782, nunc 667, 737, Biblia Complutensia, ad margin. Veneta 1518. Norzius pro hac lectione citat vetustum codicem, cui auctoritatem reliquorum opponit. In singul. vertunt omnes veteres.

XXXII 18 ויקראו *Et clamaverunt* — ויקרא *Et clamavit*, Ken. 1, 180, primo 2, Lxx, Vulgatus.

XXXII 19 מעשה *opus* — מעשי *opera*, primo meus 413 Hillel., Lxx, Vulg., Syrus, Chald., Arabs.

XXXII 22 ומיד כל *et de manu omnium* — ומיד כל איביו *et de manu omnium inimicorum ejus*, Kennic. 117, 168, primo 235, mei 31, 737, nunc 380, ad margin. Biblia Veneta 1518. Kenn. 145 ומיד כל איביהם. V. 25 וירושלם *et Jerusalem*. Cod. meus 1 primo וישבי ירושלם *et incolas Jerusalem*, ut Arabs, 31 primo ועל *et contra Jerusalem*. V. 28 וארת. Meus 941 ואריות, ut II Paralip. IX 25, et לארות per kibbutz legit cum aliis nonnullis ac Bibliis Mant. 1742.

XXXII 31 שרי בבל *principes Babel* — שרי מלך בבל *principes regis Babel*, Kennic. 2, 145, 188, 601, 602, primo 82, nunc 157, 180, 224, mei 1, 346, 579, nunc 2, 737, et Targum. Nullus המשלחים *missis* in Puhal, ut Lxx, Vulg., Chaldaeus.

XXXIII 7 לעילום *in seculum* — לעולם Kennic. 89, 356, primo 17, meus 380, Keri לעלם 941 hispanicus, לעילם mei 2, 187, 554.

XXXIII 16 ויבן *Et aedificavit* — ויכן *Et reparavit*, Kennic. 94, 100, 139, 145, 157, 158, 198, 225, 250, forte 150, 178, videtur 102, mei 31, 34, 196, 304, 319, 346, 509, 579, 677, 824, 940, 942, primo 2, videtur primo 782, nunc 187, 683, 789, Biblia Soncinensia

in Kennicottiana collatione neglecta, Veneta Rabb. Felicis Pratensis 1518, Veneta in 4. ejusdem anni, Venetae aliae editiones annorum 1521, 1525-28, 1533, 1544, 1551, 1552, 1563, 1566, 1568, 1570, Biblia Parisiensia Roberti Stephani in 4. et 16., Plantiniana 1566, Plantin. sine punctis 1573, Sanctandreana 1586, Hutteri 1587, Veneta 1595, Raphelengii sine punctis 1610, Ven. 1613, Veneta 1615, Veneta Rabbin. 1618, Genevensia in 4. et 12. 1618, Basil. Rabbin. Buxtorfii 1619, Veneta 1627, Amstelodamensia Menassè ben Israel sine punctis 1630, Ven. 1635, Polyglotta Londin. Waltoni, Nisseliana 1662, Veneta 1678, Venetae aliae editiones 1690, 1705, 1730, 1739, Biblia Opitii 1709, Halensia Michaëlis 1720, Mantuana 1742, Oxoniensia 1750, Halensia Simonis 1752, Reinecii 1756. Nota tamen multos ex productis codicibus, pluresque editiones habere ad marg. Kerì ויבן. Ex mss. meis ita 304, 346, 683, 824, 942, et quindecim vel sexdecim editiones. Contra in Bibliis Ven. 1743, 1766, et Pisanis 1781 textualis lectio est ויבן, marginalis ויכן.

XXXIII 19 חוזי *Chozai*, vel *videntium* — חוזים *videntium*, vel *prophetarum*, Kenn. 150 et Lxx. Sed hic חוזי est plurale hujus formae, ut שדי, הרי, ידי. Alii proprium prophetae nomen habent, non appellativum, cujus liber, qui hic allegatur, perierit. Ita Pagninus, Arias Montanus, Sixtus Senensis, Sgambatus, Waltherus, Hottingerus, Leusdenius, Clericus, Wolfius, Calmetus, Dathius, aliique. V. 20 plures בביתו cum ב. XXXIV 6 multi in textu בחרבתיהם cum quibusdam editionibus, Brixiensi potissimum, Munsteriana ac Rob. Stephani in 4..

XXXIV 9 וישבי *et habitatoribus* — וישבו *et redierunt*. Ita Kerì, quod multi habent in textu Kenn. ac mei. Inter meos hispan. 187, 518, 576, Biblia Brixiensia ac Complutensia. At versiones omnes antiquae sequuntur Chediv, quod retinendum. Plures etiam codices, inter quos hispanici mei 4, 941, legunt וישבי sine ullo Kerì. Alii plene וישובו. Sic et לירושלם nonnulli legunt mss. et editi.

XXXIV 10 על יד עשה *in manu curatoris* — על יד עשי *in manu curatorum*, cod. Kenn. 3, 30, 80, 82, 89, 94, 99, 118, 119, 128, 139, 155, 170, 175, 178, 226, 231, 252, 253, 601, 602, primo 141, mei 1, 2, 31, 187, 275, 368, 380, 509, 518, 579, 737, 941, primo 824, ext. 1, Bibl. Soncinensia, Complutensia, Lxx, Vulgatus, Syrus, Arabs, Houbigantius, favetque contextus, ubi subditur המפקדים, et עושי. Pro יד quidam ידי, Kennic. 224, nunc 157, primo mei 31, 683, nunc 368, Vulg., Chaldaeus.

XXXIV 13 עשה *facientis* — עשי *facientium*, Kenn. 17, 80, 89, 192, 224, 231, 235, 601, mei 1, 4, 31, 518, 737, 775, primo 554, 579, nunc 187, ext. 1, Agiographa Neapolitana, Lxx, Syrus, Chaldaeus, et Arabs.

XXXIV 21 דבר *verbum Domini* — דברי *verba Domini*, Kennic. 1, 118, 145, 188, 198, 210, mei 31, 942, Lxx, Vulgatus, Syrus, Arabs. Puncta plur. lectionis meus 554.

XXXIV 22 ואשר *et qui regis*. Ken. 235 primo ואשר צוה *et quibus praecepit rex*, Kenn. 80 ואשר שלח *et quos miserat rex*, ut vertunt Syrus, et Vulgatus. Lxx *et quibus dixit*. Cod. meus 579 primo ושרי המלך *et principes regis*. Kenn. 178 primo למלך.

XXXIV 25 בכל מעשי *in omnibus operibus* — בכל מעשה *in omni opere*, Kennic. 92, 117, 118, 155, 175, 188, 194, 225, 226, 245, primo 3, 80, 128, 141, mei 1, 2, 31, 380, 596, 801, 824, primo 518, et Neap. Agiographa. במעשה *in opere* meus 737 et Syrus.

XXXIV 33 ויעבד *et servire fecit*, vel *submisit* — ויעבר *et transire fecit*, vel *deduxit*, Kenn. 225, 227, meus 579, Biblia Brixiensia a Kenn. omissa, Antiqua sine anno, Veneta bina 1518, Veneta 1521, Munsteri editiones hebr.-latinae 1534, 1546. Cod. meus 782 ad margin. *Alii libri* ויעבר.

Ibid. בישראל *in Israel* — בירושלם *in Jerusalem*, Kenn. 119, 228, primo ut videtur 141, nunc meus 782. Utrumque Lxx.

XXXV 3 המבונים *intelligentibus*, vel *doctis* — המבינים *intelligere facientibus*, vel *docentibus*, *erudientibus*, Kenn. 1, 2, 30, 71, 89, 93, 99, 118, 192, 194, 227, 235, 240, 250, 253, primo 80, 128, 141, 145, 158, mei 186, 196, 380, 554, 576, 667, 737, 775, 801, 923, primo 304, nunc 596, Biblia Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, utraque Munsteri hebr.-latina 1534, 1546, Wittebergensia 1587, seu Hartmanniana 1595, Veneta Lombrosi 1639, Veneta alia 1647, Agiographa Neapolitana, Talmud Hierosol. et Babyl., Vulgatus, Kerì.

Id. המבונים *intelligentibus* — המכונים *paratis*, cod. mei hispan. 187, 346, et Biblia Amstelodamensia sine punctis 1630, sed prior codex cum Kerì המכינים, alter המכינים. Atque המכינים in textu legit alter ex meis codicibus, videlicet 517. Per caph alterutro modo legebat etiam Palatinus apud Junium, cujus lectionem Junius ipse, Piscator et Grotius in Poli *Synopsi* sectantur, ut contextui congruentiorem. Addit Grotius sibi videri non aliter lectum a Lxx.

XXXV 4 כמחלקותיכם *juxta divisiones vestras* — במחלקותיכם *in divisionibus vestris*, Kennic. 3, 80, 89, 99, 118, 245, mei 4, 31, 187, 275, 413, 554, 576, 579, 596, 677, 683, 737, 775, 801, 940, 941, primo 2, videtur primo 304, nunc 196, Biblia Soncinensia et Brixiensia, Antiqua sine anno, Complutensia, Veneta 1518 in fol. et 4., Veneta 1521, Basileensia omnia Munsteri 1534, 1536, 1546, Wittebergensia 1587, seu Hartmann. 1595, Ven. editiones 1730, 1739, 1743, 1766, Mantuana 1742, Agiographa Neapolitana, Sulsbacensia 1769, et Vulgatus. Ex editionibus in integrum collatis negliguntur hic in Kennicottianis notis Soncin., Brix., Bombergiana 1518, et Neapolitana Agiographa.

Ibid. בכתב *in scriptura David* — ככתב *juxta scripturam David*, mei 368, 380, 801, Lxx, Chald., Syrus, Vulgatus, Arabs, et locus parall. Libri III Esdrae I 4. כמכתב Ken. 80.

Ibid. ובמכתב *et in scriptura Salomonis* — וכמכתב *et juxta scripturam*

Salomonis, K. 1, meus 413, Chald., Syrus, Vulgatus. Per כ et Lib. III Esdrae, sed aliter lecto nomine *et secundum magnificentiam*. ומכתב subintellecto praeced. caph meus 380, primo 3, ובכתב Agiogr. Neapolitana. Plures והביט in textu.

XXXV 5 לפלגות *secundum divisiones* — לפלגת *secundum divisionem*, cod. mei 33, 34, 196, 275, 304, 554, 576, 782, 789, 801, 940, primo 518, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno, Veneta bina 1518, Veneta 1521, Munsteri omnia 1534, 1536, 1546, Wittebergensia 1587, seu Hartmanniana 1595, et Syrus, item Arabs et Lib. III Esdrae. Notat Norzius correctiores codices legere per cholem. Sane plerique mei hispanici et accuratiores legunt per patach.

XXXV 12 לבקר *bovi*, vel *de bove* — לבֹקֶר *mane*, cod. mei 3, 4, 35, 380, 518, 579, 596, 737, 789, ext. 5, Erfurtensis 3, nunc 1 in Bibliis Halens., Biblia Ven. 1678, Veneta 1690, ad marg. Ven. 1518, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Arabs. Antiquum codicem pro hac lectione citat Norzius. Ita etiam legit Liber III Esdrae in textu Graeco ac Syro.

XXXV 15 חוזה *prophetae regis* — חוזי *prophetarum regis*, Ken. 80, meus 31, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs, Houbigantius et Dathe. » Legendum est, inquit Dathius in h. l., in plur. חוזי, nam non solum Jeduthun, sed etiam Assaph et Heman prophetae regis Davidis dicuntur. Conferatur cap. XXIX 30, I Chronic. XXV 1, 5 ». Posteriores litterae supra rasuram in meo 782.

XXXV 20 נכו *Necho* — פרעה נכו *Pharao Necho*, primo meus 31, Lxx, Syrus, Arabs. Pro *Necho* habet *Pharao* lib. III Esdrae I 25.

XXXV 21 אתה *tu*. Nullus אָתֶה *venio*, ut legerunt omnes veteres, non excepto Chaldaeo, leguntque Dathius *Lib. hist. V. T.* p. 817, et Eichornius *Biblioth. litteraturae bibl.* Vol. II pag. 204. Sed pro כי habent כי אם Kenn. 139, 226, nunc 157, mei 275, primo 2, 31, Bibl. Soncinens., אל להבהליני Kenn. tres cum meo 31. ישחיתך *ne perdat te* sine ו praefixo K. 101, primo mei 31, 789.

XXXV 23 מפי *de ore* — מפני *a facie*, Kennic. 157, 245, primo mei 31, 596, Syrus, Arabs.

XXXV 26 השרים והשרות *cantores et cantatrices* — הַשָּׂרִים וְהַשָּׂרוֹת per sin *principes et foeminae primariae*, seu *principes*, cod. mei 4, 34, 186, 196, 275, 319, 368, 380, 554, 576, 775, 801, 941, primo 187, Biblia Soncin., Brix., Veneta 1647, Lxx et lib. III Esdrae I 32. Solum השרים per sin meus 1.

XXXVI 3 בירושלם *in Jerusalem* — מירושלם *a Jerusalem*, Ken. 30, 144, 145, 250, nunc 251, ירושלם meus 517. Nullus supplet ממלך *ne regnaret*, ut Lxx, Chaldaeus, et loca parallela II Reg. XXIII 33. et III Esdrae I 35. V. Dathium et Schulz., et Eichorn cit. loc. pag. 206.

XXXVI 9 בן שמונה *Filius octo annorum* — בן שמונה עשרה *Filius duodeviginti annorum*, Kennic. 525 ad marg., cod. Alex. Lxx, Syrus, Arabs, et locus parallelus II Reg. XXIV 8. Notat Norzius ita etiam legi בכפר ג׳ של עזרא שלהם *in libro III Ezrae, qui*

ipsis est, idest christianis. Reapse cap. I 43 hujus libri legitur: *Et regnavit Joachin filius ejus pro eo. Cum autem constitutus esset rex, erat annorum decem et octo.* » Me quidem judice, inquit ad h. l. Wallius, nostra commiseratione digni translatores, qui tam manifesta librariorum hodierni Hebr. textus errata neque ex II Reg. XXIV 8, neque ex LXX, neque ex sensu communi emendarunt ». Praeter Wallium lectionem hanc plures alii critici sequuntur, praesertim vero Castallio in Poli *Synopsi*, Jos. Scaliger in *Elencho chron.* pag. 26, Mariana *De Vulgata editione* cap. XXI, Natal. Alexander *Historia eccles. sec. IV* Tom. VIII pag. 228 edit. Venetae 1742, Houbigantius, Dathius et Schulzius in h. locum et Eichorn *Biblioth. litt. bibl.* Tom. II pag. 208, sed qui postremis auctoribus utuntur, notent Kenn. cod. 300 ab iis productum solas Norzianas notas innuere ac delendum esse.

XXXVI 10 אחיו *fratrem ejus* — בן אחיו *filium fratris ejus*, Kenn. 168. Deerat ex prima manu in meis 31, et 940. Omnes veteres *fratrem patris ejus*, excepto Chaldaeo, quam scripturam sequi se profitetur Houbigantius, quia lib. I cap. III 15 annumeratur filiis Josiae Sedecias patruus Joachin.

XXXVI 23 יהוה אלהיו *Dominus Deus suus* – יהי אלהיו *sit Deus suus*, vel *ejus*, forte Kennic. 356 primo meus 31, videtur primo 187, Agiographa Neapol., LXX, parallelus locus Ezrae I 3, Houbig., Dathius, Schulzius. Huc transferenda Neapol. Agiographa, non ad sequentem lectionem, ut fit in Bibliis Kennicottianis. Utrumque יהי יהוה אלהיו *sit Dominus Deus ejus* Kenn. 170, 590, 612, videtur primo 204, nunc 157, ad marg. seu ex secunda manu meus 413 Hillelianus, et Vulgatus. Targum *sit verbum Domini*, Syrus *in quo Dominus Deus ejus sibi beneplacet*. Ut ad posteriorem hanc lectionem referri debet cit. cod. meus 413, non ad primam, ut retulit Kennicottus sub numero 410, ita ad eandem referendum puto Kenn. alterum 495 marg., qui cum eo producitur. Dathius et Schulzius, qui pro priori lectione memorant Kennic. 94, pro posteriore 92, nostrum hoc יהוה cum primo, quod in hoc versu occurrit, confuderunt.



APPENDIX

GEN. I 28 ויאמר להם אלהים *dixitque eis Deus*. Deest repetitum nomen אלהים *Deus* in Kennicottianis codicibus 2, 109, 150, 665, in meis 766, primo 892, in Lxx, Vulgato, Arabe, in Targum cod. meorum 766, primo 12, in Medras, illudque expungit Meibomius. V. 29 זרע זרע *seminans semen*. Posteriora haec verba dicta de arbore aberant ex prima manu a sacro textu cod. mei 404, et a Chaldaico ejusdem codicis.

II 20 ולעוף *et volucri* — ולכל עוף *et omni volucri*, Kenn. 69, primo 9, forte 155, primo meus 872, Lxx, Syrus, Vulgatus, Jonathan, Onkelosus in codice meo 878. Hic codex qui habent שדה super ras., videtur primo legisse הארץ *terrae*, ut vertit Vulgatus.

III 15 הוא *ipsum* semen — היא *ipsa* mulier, Kennic. 227, 239, videtur primo 516, 612, forte 387, forte nunc 155, videtur meus 562. Testatur Bellarminus *De verbo Dei* l. II cap. XII se in uno codice legisse היא, qui forte unus est ex duobus Vaticanis. In uno ex duobus meis exemplis Pentateuchi membranacei in 4. sine anno et loco editi legitur הִוא ex antiqua judaei manu, qui puncta adscripsit. Ex antiquis interpretibus sic Graecus anonymus in Montfauconii Hexaplis, qui habet αὐτή, Targum Onkelosi in cod. meo 562, quod legit הִוא, Vulgatus in plerisque codicibus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius Magnus, aliique patres latini posterioris aetatis. Cum Vulgato male Arabem connectunt Bukentopius et Carpzovius *Crit. sacr.* pag. 659, ejus etiam quod mireris, a Carpzovio producto textu, qui aperte legit in masculino. Foemininam tamen lectionem exprimunt binae versiones Arabicae Romae impressae, altera typis Propag. fidei an. 1671, altera Rutilianis 1752, sed ex sola fide et emendatione Vulgatae. Porro hanc lectionem Hebraeo non repugnare notat Brugensis, primo quia potuit interpres legere היא, ut olim conjiciebant nonnulli, habentque adhuc quidam codices, 2° quia saepe foemin. usurpatur הוא cum ו substituto chirech, 3° quia non desunt exempla Hebraici textus, in quibus foeminina nomina cum verbis ac suffixis masculinis jungantur, ut Esth. I 20, et Eccles. XII 4. Idem repetit Bukentopius, addens dici posse *ipsa*, sicut Gen. XII 3 dicitur *in te benedicentur universae cognationes terrae*, idest *in semine tuo*, ut Deus ipse explicat Gen. XXII 18.

Philonem non moror, quem Tom. I Oper. p. 124 pronomen הוא referre ad האשה, seu ad mulierem, Schulzius adnotat *Schol. V. T.* Tom. I p. 63. Nec enim refert, sed ei videtur fuis-

se referendum, cum de muliere minitetur Deus, simulque rationem dat, cur non fuerit relatum, quia *a sermone de muliere transitionem fecit ad semen ejus*. Ceterum aperte Philo ibidem legit αὐτός, secutus Graecos interpretes, quod et ejus editor Mangey observat in notis. Non Josephum Flavium, quem Bukentopius aliique producunt ut foemininae lectioni faventem in latina Ruffini versione parum accurata, non in graeco textu, qui ab ea dissentit. Nec denique urgeo Plantinianam editionem an. 1571, in qua extat הִית pro הִוא, quia non modo incertissimum est, num ex aliquo codice lectionem hanc restituerit editor, sed et editoris ipsius silentium, et mendum illius lectionis, et interlinearis versio latina supra apposita, et Plantinianarum editionum consensus in masc. lectione servanda, et dissensus ipse Bibliorum Polyglottorum, quorum interlinearia pars sunt, et dissensus denique sequentium omnium editionum, praecipue interlinearium, in quibus constanter restitutum est הוא *hù*, manifeste evincunt ex mss. codicum auctoritate id factum non esse.

Nec sane tanta est sive mss. codicum, sive interpretum auctoritas, ut fieri potuerit, aut possit, et repudiari communis hebraici fontis lectio, ut foeminina substituatur. Pauci, dubii, infirmae prorsus fidei sunt qui pro ea stant, hebraici codices, in quibus jod est forte vav minusculum, et cum surek seu vocali mascul. lectionis, qualis est meus ille 562. Incertus, atque a reliquorum omnium fide devians Graecus ille sive interpres, sive scholiastes, forte solam latinorum codicum vel alicujus patris lectionem innuens, unicum ac negligendum Onkelosi exemplar. Vulgatae autem lectio quamquam multo sit firmior, non est tamen nec satis certa propter codicum et Hieronymi dissensionem, nec certae, sed dubiae prorsus, ut infra videbimus, adeoque suspectae originis, ut versionis potius mendis sit accensenda, accenseantque reapse doctissimi catholicorum interpretes et critici.

At vero pro masculina הוא stat 1° fere omnium hebraicorum codicum consensus et testimonium, 2° analogia sacri contextus, in quo verbum quod sequitur, ac pronomen suffixum masculina sunt, 3° Samaritanus textus et Samaritana versio, 4° Graeca versio LXX, consentientibus omnibus codicibus, editionibus, et versionibus ex ea derivatis Aethiopica, Coptica, ac Latina veteri, eaque usis sive hellenistis judaeis, ut Philo, sive christianis scriptoribus, 5° Chaldaicae omnes paraphrases, Onkelosi, Jonathanis, Hierosolymitana, 6° reliquae omnes versiones Orientis, Syriaca antiquissima, Arabica Saadiae, Arabica Mauritana Erpenii, Persica Tawosi, 7° quidam Vulgatae codices, ut S. Germani oblongus et Correctorium Sorbonicum. V. Stephani Biblia Parisiens. 1540 et 1546 ad marg., Biblia Lovan. Hentenii, et Lucae Brug. *Notationes*. Lindanus *De opt. gen. interp.* lib. III fol. 127 addit quatuor Lovanienses, qui tamen a Brugensi omittuntur, nec dubito alios suffragaturos, si nova et accuratior in h. l. fiat latinorum codicum collatio, 8° ad marg. plures Vulgatae editiones ante Sixtinam et Clementinam, 9° versio Hieronymiana pura

in *Bibliotheca divina* a Maurinis edita Tom. I Operum, 10° Hieronymus, qui praeter versionem legit *ipse* in *Quaestionibus hebr.*, in Ezech. XLVII, in Isai. LVIII, 11° Irenaeus, Cyprianus, Lucifer Calaritanus, Chrysostomus, Petrus Chrysologus, Procopius Gazaeus, S. Leo, item Moses bar Cepha, S. Ephraem Syrus, et patres omnes qui Graeca vel Syriaca versione usi sunt. Conf. Bukentopius *Lux de luce* p. 134, Costerus *Vindex loci Gen. III* 15 cap. XI, Natalis Alexander *Hist. eccles.* Diss. XL Tom. VIII pag. 271, Sabatier *Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae* in nota ad h. l.. 12° Tandem melior est masculina lectio, qua immediate et soli mulieris semini tribuitur serpentis contritio, et ex qua Messiae redemptio, potentia, divinitas luculenter eruitur. V. praesertim Costum in *Typo Messiae*, Malvendam in h. l., Martianaeum *Traité hist. du canon des livres de la sainte Ecriture* pag. 434, Du Contant *Essai sur l'Ecrit.* pag. 48.

Qui quidem fontes ac testes longe gravissimi et invictissimi evidenter demonstrant veram sacri textus lectionem esse הוא *hù*, *ipse, ipsum*, hancque lectionem ut veriorem sequuntur, ac foemininae praeferunt infiniti auctores catholici tum ante, tum post Tridentinum Concilium, ut Lippomanus, Augustinus Steuchus, Pagninus, Cajetanus, Clarius, Vatablus, Arias Montanus, Oleaster, Joh. Benedictus, Melchior Canus, Petrus Costus, Lucas Brugensis, Lindanus, Malvenda, Picherellus, Ribera, Hector Pintus, Emanuel Sà, Mariana, Pamelius, Franciscus Georgius, Archangelus a Burgo, Weidnerus, Hemertius, Campianus, Andradius, Felisius, Adamus Sasboutius, Pererius, Hartus, Martianaeus, Simonius, Dupinius, Natalis Alexander, Contantius aliique. Plerorumque loca ac verba habes apud Costerum et Natalem Alexandrum locis supra citatis.

De Vulgatae autem lectionis origine alii aliter sentiunt. Ex hebraico aliquo codice eam haustam esse quae est nonnullorum conjectura, ea valde infirma. Etenim praeter Hieronymianos codices qui certissime habebant הוא, nulli alii in Vulgata adhibiti, nullus alius qui constet, hebraicorum codicum usus est factus. Non minus incertum quod opinatur Montfauconius secutum Vulgatum graecam quam supra protulimus, ignoti interpretis lectionem αὐτή, quae videtur potius ex latinis ipsis codicibus, vel aliquo patre foeminine legente profluxisse, quam ex vera interpretatione. Ex corruptione versionis divi Hieronymi, non ex versione ipsa lectionem hanc repetit Dupinius *Dissert. prelim. sur la Bible* pag. 203, ex describentium imperitia et temeritate Melchior Canus *De locis theol.* lib. II cap. XV. » Hieronymus, inquit is, in *Quaestionibus hebraicis* Gen. 3 legendum ait *ipse conteret caput tuum*, non *ipsa*. Cum enim apud hebraeos neutro genere ad semen referatur, interpres rem significatam perpendens, in masculino genere transtulit *ipse*. Quod imperiti non intelligentes, vitiumque scriptoris existimantes, substituerunt *ipsa* ». Praeclare quidem uterque, nisi obstaret Augustini testimonium et usus, qui suadet corruptelam esse antiquiorem, nec Hierony-

mo ex hebraeo vertenti, sed veteri italo graecorum codicum interpreti primigeniam illam lectionem *ipse* esse tribuendam. Consultius itaque Simonius *Hist. crit. du V. T.* lib. II c. XII p. 251 eam ex Graeca LXX derivat, quae, quamquam praecedat neutrum nomen σπέρμα, masculine legit ἀυτός, unde primum *ipse*, deinde factum *ipsa*. Doctissimus Martianaeus, qui et ipse foemininam lectionem ut merum librariorum lapsum damnat, ex alio fonte eam ingeniose ac valde probabiliter deducit: » Lectorem non celamus scripsisse olim veteres pronomina et adverbia terminata in *e* per diphtongum *ae*, ut est illud *ipsae dixit et facta sunt*, et *superbae loqueris, stultae egisti* etc.. Ex hoc scribendi modo retineri facile potuit *ipsa* pro *ipse* vel *ipsae* ». Martianaei conjecturam sequitur nuperrimus monachus Benedictinus Ildephonsus Schwarz in notis ad cl. Geddes libellum *De vulgarium sacrae Scripturae versionum vitiis eorumque remediis* latine versum et Bambergae editum an. 1787 p. 140.

Mihi sane non modo verosimile admodum est, sed et fere certum ex *ipse* factum *ipsa*. Vel enim lectio haec ex veteri Itala est, vel ex Hieronymiana. Ex utraque enim, ut omnes sciunt, mixta ac consarcinata est Vulgata. Vetus Itala, seu primigenia, puriora, et antiquiora ejus exemplaria legebant proculdubio *ipse*, non *ipsa*, ut ex Augustini operibus ac testimoniis edidit Sabatierius. Erat illa ex versione LXX, iisque conformis, et quidem juxta eundem Augustinum *verborum tenacior*. LXX autem constantissime in omnibus codicibus habent *ipse*, nec inter naevos, quos in antiqua Itala reprehendit Hieronymus, hic numeratur. Latini patres Augustino antiquiores, qui Itala utebantur, legunt *ipse*, et si Augustinus aliique eo posteriores legerunt *ipsa*, varietas lectionis in patribus illud unum, ut docet idem Sabatier, ostendit, varios ac discrepantes unius ejusdemque interpretationis codices eos habuisse. Alii ergo codices habebant *ipse*, alii *ipsa*. Jam vero discrepantibus codicibus et patribus patet eam veriorem veteris Italae lectionem habendam, quae suo fonti est conformior, non eam, quae longissime discrepat, eam quae a primis et antiquioribus patribus, non eam quae a posterioribus exhibetur. Si porro ex Hieronymiana est, Hieronymus legebat *ipse*. Ac facile ego equidem crederem ex ejus versione esse ob verbum *conteret* quod sequitur, pro quo Itala videtur legisse *observabit*, nisi aliter statuere nos cogeret Augustini auctoritas. Itaque uterque Vulgatae fons evincit primigeniam ac veriorem hujus loci lectionem fuisse *ipse*. Quid autem facilius, aut verosimilius, quam ex *ipse* vel *ipsae* sive fortuito, sive ex librarii inscitia et audacia generis anomaliam emendantis primum fieri *ipsa*, quod deinde plerosque codices pervaserit? Quid, inquam, facilius aut verosimilius in iis librariis, qui, teste Hieronymo, » scribunt, non quod inveniunt, sed quod intelligunt, et dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos »?

Sed fingamus, vel demus etiam, si placet, foemininam illam Augustini veram antiquae Italae, vel primi, quicumque tandem is fuerit, interpretis

lectionem fuisse. Si impedita est quaestio, et dubium hinc oritur, quae nam ex duabus lectionibus sit anteponenda et divina, num *ipsa*, quae est latini illius interpretis ac latinorum librorum, an *ipse*, quod legunt hebraici, graeci, syri in ecclesia et ipsi divini et authentici, ex Augustino ipso, unde omnis fere dubitatio evenit, habes jam modum quo te expedias ac rem dirimas. » Latini codices V. T., inquit is *De doct. christ.* lib. II cap. XV, si necesse fuerit, graecorum auctoritate emendandi sunt, et eorum potissimum, qui cum LXX essent, ore uno interpretati esse perhibentur ». Et *De civitate Dei* lib. XV cap. XIII » Quum diversum aliquid in utrisque codicibus invenitur, ei linguae potius credatur, unde est per interpretes facta translatio ». Habes ex Hieronymo *Praef. ad IV Evang.* » Si veritas est quaerenda de pluribus (latinis exemplaribus), cur non ad Graecam originem revertentes ea, quae vel a vitiosis interpretibus male reddita, vel a praesumtoribus imperitis emendata perversius, vel a librariis dormitantibus aut addita sunt, aut mutata, corrigimus »? Habes iterum ex Hieronymo constantique ac prudentissima ecclesiae praxi a Sixtinis Clementinisque ipsis correctoribus in Vulgatae emendatione servata » veterum librorum fidem de hebraeis voluminibus esse examinandam ». Habes demum ex Hieronymiana ipsa versione sapienti ecclesiae consilio veteri anteposita, » quae ex Haebraeo fonte cuncta verius transfudit, ut inquit sanctus Gregorius, vel ut Isidorus, quae est in sententiis veracior ». Cujuscunque ergo sit sive interpretis, sive quod verosimilius, amanuensis hodierna Vulgatae lectio, ea ex Hebraeis Graecisque fontibus emendanda est, referendaque, ut olim retulimus *De praecipuis caussis negl. heb. litt.* p. 94, ad ea Clementinae editionis loca, quae adhuc ad Heb. T. exigi atque ecclesiae auctoritate emendari et possunt, et debent. Nec enim necesse est monere, quod disertissime Bellarminus unus ex correctoribus monet tum in *Epistola ad Lucam Brugensem*, tum in *Praef. ad Biblia Clementina*, Vulgatam non fuisse in omnibus accuratissime castigatam pluraque relicta intacta, quae videbantur mutanda, potissimum ob maximam codicum auctoritatem, qualis extat in hoc loco. Ceterum ipse Bellarminus, unus, inquam, ex iis qui intactum reliquerunt, Kemnitio respondens loco superius citato *De verbo Dei*, aperte testatur » editionem Vulgatam varie habere, quosdam codices habere *ipse*, nec esse contra Vulgatam editionem, si convincatur debere legi *ipse* vel *ipsum* ».

Ibid. ישפף *conteret te*, alii aliter — ישפך *perflabit te* a נשף, vel saltem defective quod ab hoc verbo deduci potest, Kenn. 225, mei 766, primo 18, 223. Sic pro תשפנו *conteres illud* defective iterum תשפנו Kennic. 125, mei 549, 878, 900, primo 444, Pentateuchus Polygl. CPolitanus Arabico-Pers. 1546, et CPolitanus alter Graeco-hisp. 1547. Ita vertunt nonnulli interpretes in Poli *Synopsi*, sicque exponit Jarchius, quia serpens dum mordere vult, sufflat ad instar sibili. Nota in Jarchii textu pro ותשכנו *et mordebis eum* quosdam codices ha-

bere ותשפט *et flabis eum*, ut Breithaupti unus, quem in notis memorat p. 36, et in versione sequitur, mei sex, 232, 459, 657, 766, 878, 991, et princeps Jarchiani *Commentarii* editio hucusque ignota, de qua plura in novis *Annalibus hebraeo-typographicis*. Illud etiam notatu dignissimum R. Parchon in inedito suo *Lexico* tribuere verbo שוף significationem *observandi, explorandi*, quam servat apud arabes, quamque huic ipsi loco dant veteres nonnulli interpretes. Nam subdens exemplum Psal. CXXXIX 11 אך חשך ישופני, interpretatur per פ׳ יראני כמו שאפני, יראני אנוש » expositio est *explorant me*, ut Psal. LVI 2 *contemplatur me homo* ». Ac primo illo Psalmi loco ex vi arab. سوف melius sic verti animadvertit etiam Schulzius *Lex. heb.* Tom. II p. 1430. Restituenda ergo a lexicographis verbo שוף explorandi ac contemplandi notio, quae in Kimchii *Libro radicum* aliisque posterioribus lexicis eum secutis prorsus evanuit. Hanc sane significationem secuti sunt LXX, Targum Onkelosi, Targum Jonathanis, posteriori membro Vulgatus, et quotquot vertunt *insidiaberis*, vel *insidiabitur*. Secutos dico LXX. Verior namque eorum lectio est communis τηρήσει quam et vetus Itala habet, *observabit*, non τειρήσει *conteret*, ut Complutensis editio, quae etiam cum Antwerpiensi minus recte in Onkelosi textu primo loco habet נטר *ipse erit servans* vel *custodiens*. Quotquot ex targumicis meis codicibus versum hunc exhibent, omnes legunt דכיר *ipse memor erit*, vel *recordabitur*. Sunt autem ii novemdecim, 5, 6, 7, 8, 11, 12, 230, 257, 264, 266, 345, 404, 543, 549, 562, 766, 878, 948, 991, concinuntque editio Bononiensis 1482, Sorae 1490, Ulyssip. 1491, Antiqua in Pentat. sine anno et loco, Thessalonicensis 1516, CPolitanae 1546, 1547, Mantuana 1589, ac Venetae omnes. Dissentiunt alii interpretes. Aquila apud Matthaei *Animadv. ad Orig. Hexapla* in *Repert. or.* Tom. IV pag. 260 vertit προστρίψει *evertet*, *in suam potestatem rediget*,. Symmachus θλίψει *comprimet, affliget*, Syrus *conculcabit*, Arabs in Polyglottis *findet*, sed Saadias in Pentat. CPol. ישרכך אל ראס, quod per ר lectum ex signific. شرك *rete* verti posset *insidiabitur*, sed accuratius per ד Pocockius يشدخك الراس *contundet tibi caput*, Arabs Maurit. Erpenii يهشم *confringet*.

V 3 כצלמו *secundum imaginem suam* — בצלמו *in imagine sua*. Mss. meis codicibus ita legentibus addantur 850, 900, 941, 991, 1006, primo 872, 949, 950, 951.

IX 5 ומיד האדם מיד איש *et de manu hominis, de manu viri* — ומיד איש *et de manu viri*, K. 368, LXX, Arabs.

X 21 ולשם *Et Semo genitum est* — ושם *Et Sem genuit*. Cod. meus 1016 habet ולש sup. ras. rescriptum videturque primo legisse ושם, ut legit Syrus, quod melius congrueret cum sequenti גם הוא *etiam ipse*. V. Michaëlis *Spicil. geogr. ext. heb.* T. II p. 64.

XI 32 חמש שנים ומאתים שנה *ducenti quinque anni*. Sam. T. · ࠇࠌࠔ · ࠔࠍࠉࠌ · ࠅࠀࠓࠁࠏࠉࠌ · ࠅࠌࠀࠕ · ࠔࠍࠄ *centum quadraginta quinque anni*, insignis lectio, quae Stephani verba Act. VII 4 confirmat, et cum Genesis textu conciliat, sed quam judaicorum codicum nullus exhibet, nulla-

que praeter Samaritanam antiqua versio. Solus Kenn. 186. videtur ומאתים super septem alias litteras legere, forte primo וארבעים *et quadraginta*, 152 vero habet in שנה binas priores litteras שנ super abrasionem, forte primo מאה *centum*. Infra XII 4 ושבעים *et septuaginta*. שב sup. ras. cod. meus 18, videturque ex prima manu legisse ותשעים *et nonaginta*, egressum scilicet Abramum anno aetatis 95.

XIV 20 ויתן לו *deditque ei*. Kenn. 345 qui habet sequens verbum מעשר sup. abras. 9 vel 10 litterarum rescriptum, videtur olim hic addidisse nomen אברהם *Abrahami*, quod legit cod. Vatic. et Complutensis Lxx.

XVIII 29 לא אעשה *non faciam* — לא אשחית *non perdam*, primo meus 949, Sam. T., Sam. versio, Lxx, Vulgatus, Syrus.

XIX 28 כל פני ארץ *omnem faciem terrae* — פני כל ארץ *faciem omnis terrae*. Hanc Samaritani textus lectionem exhibet etiam cod. meus 850 hispanicus, sed ex prima manu.

XX 12 אמנה *vere*. Kenn. 99, ac Sam. T. אמנם.

XXIV 43 לשאב *ad hauriendum*. Supplent מים *aquas* cod. meus 857 priori manu, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. V. 53 לאחיה *fratri suo*. Cod. meus 223 לאביה *patri suo*. Nullus לאחֶיה in plur. *fratribus suis*, ut habent Vulgatus et Syrus.

XXV 15 חדר *Chadar* – חדד *Chadad*. Adde codices meos 851, 853, 857, 872, 892, 893, 924, 942, 949, 950, 951, 952, 988, 1016, nunc 850, 1006, Targum cod. mei 857, et Targ. Kenn. codicum 155, 248, 424, 427 apud Bruns. *Excerpte aus Chaldaischen manuscripten der Bibel* in *Repert. or.* Tom. XV p. 169.

XXVI 32 לו *ei*, *invenimus* — לא *non invenimus*, primo Kennic. 69, et Lxx. Sed editio Complutensis aliique graeci codices legunt *ei*. V. 33 שבעה *jusjurandum*. Nullus per sin *abundantiam*, ut habebant Hieronymiani codices, vertuntque Aquila, Symmachus, Vulgatus et Syrus.

XXVII 29 אררך *maledicentes tibi* — ארוך *maledicens tibi*, Kennic. 95, 196, mei 262, 266, 274, 857, primo 250. Sequitur sing. ארור *maledictus*, ob quod communis lectio distributive sumitur *quilibet maledicentium*, vel *eorum quisque sit maledictus*. Quod et de sequenti verbo dicendum.

Ibid. ומברכך *et benedicentes tibi* – ומברכך *et benedicens tibi*, Ken. 9, 69, 129, mei 10, 444, 476, 562, 857, Biblia Veneta utraque in fol. et 4. an. 1518, Veneta 1521, Veneta Rabb. 1525, Ven. 1525–28, Veneta 1533, Basil. omnia Munsteri 1534, 1536, 1546, Veneta 1544, Roberti Steph. 16, Ven. 1551, Ven. 1563, Ven. 1566, Plantiniana 1566, Ven. Rabb. 1568, Veneta 1570, Plantin. sine punctis 1573, Polyglotta Antwerpiensia, Sanctandreana 1586, Hutteri 1587, Witteberg. 1587, seu Hartmanniana 1595, Lugdun. Batav. sine punctis 1610, Veneta 1613, Venetae aliae editiones 1615, 1627, 1647, Genev. in 4. et 12. 1618, Amstelod. 1630, Nisseliana 1662, Pentateuchus Venetus 1524, CPolitanus 1547, Venetus 4. 1548, Ven. heb.-lat. 1551, Sabion. bini 1557, et 1558, Amst. 1696, Genesis Paris. 1535, Genesis Witteberg. 1586, Gen. Cothen. 1622.

Sequitur singulare בריך *benedictus*, et in singul. utrumque verbum, hoc ac praecedens אריך, neglecto vel non lecto jod, vertunt Lxx, Vulgatus et Arabs.

XXXI 18 מקנה קנינו אשר רכש *pecus acquisitionis suae quod acquisierat*. Verba haec deerant proculdubio ex prima manu etiam in meo 850 hispanico.

XXXI 24 פן תדבר *ne loquaris* — מדבר *a loquendo*. Concinit meus 1016 primo. XXXV 22 idem codex legebat פילגש אביו ישראל *concubina patris sui Israel*, omisso וישמע *et audiit*.

XXXVI 15 תומן *Toman* cum Kerì תימן *Teman*. Hoc Kerì et Chediv, quod primum ex edit. Chaiimi 1525 repetendum est, ex qua in plures alias posterioris aetatis dimanavit, exhibet Kenn. 102, ac meus 319. Reliqui omnes aut fere omnes codices cum omnibus interpretibus in textu habent תימן, ut in Chronicis. Haec ergo lectio necessario restituenda, ac deserenda textualis. Conf. Brunsius *Not.* ad *Kenn. Diss. gen.* p. 450. Codex ille meus 319 congruit in singularibus aliis lectionibus cum prima illa masorethica Chaiimi editione, ut I Chron. IX 35, XII 8, XX 4, unde non immerito suspicari possumus eum ad manus celeberrimi illius editoris fuisse, sed dissidet in sing. aliis locis, ut Genes. XVI 6, XIX 13, Deuter. XXI 3, I Chron. VI 42, et XX 4.

XXXVI 24 הימם plerique *mulos*, verius *thermas*. Kennicottiani LXVI pluresque ex meis, sed fere omnes germanici, cum Bibliis Sonc. plene הימים. Meorum unus 532 legit praeterea per patach הַיַמִים *Ajamim* a ים *thermas, baptisteria, lavacra*, ut alibi valet hoc nomen hocque loco aptissimum, quum multae eo in tractu thermae extiterint, inter quas Callirrhoenses memorat Josephus lib. I *De bello Jud.* c. XXXIII §. 5, et XVII *Antiq.* c. VI 5. Conf. Michaëlis *Spicil. geogr. ext. heb.* Tom. II pag. 63, et *Suppl. Lex. heb.* pag. 1090. *Jamim* per patach legerunt Lxx, Aquila, Symmachus, Theodotio in Hexaplis, et Hieronymus. At vero apud Hieronymum Aquila et Symmachus Ἐμίμ, ut habent masorethica puncta. Kennic. 314 forte המים *aquas*, ut legit, vel saltem vertit Syrus ܡ̈ܝܐ quem habemus in Polyglottis, nam Theodoretus apud Steuchum Eugubinum *V. T. ad verit. heb. recognitio* pag. 324 edit. Lugdun. 1531 testatur Syrum suae aetatis legisse ܚܡܝܐ *fontem*: ὁ σύρος λεγει αὐτὸν πηγὴν εὑρηκέναι ἡ γὰρ πηγὴ ἀιγὰν καλεῖται τῇ σύρων φωνῇ. Samaritanus textus ࠄࠀࠉࠌࠉࠌ sive proprium populi nomen Deuter. II 10 memorati, sive appellativum *gigantum*, quod Bocharto, Simonio aliisque multis placuit, sed judaicorum codicum nullus confirmat. Interpres Chaldaeo-Samaritanus, qui Emaeorum nomen retinuit ࠃࠌ . ࠀࠉࠌࠀࠉ ., alterutro modo intelligi potest, sed Arabs Samar. illud appellative accepit, et de gigantibus ac potentibus exposuit الجبابرة. Ad hanc lectionem Onkelosum transferunt nonnulli vertentem גבריא, quem tamen legisse האימים ego valde dubito, quum in hodierna scriptura absens aleph optime possit subintelligi, vel illud in jod mutari, vel tandem he pro eo usurpari. Si Immanuelem audis in ms. suo *Commentario* in h. l., quem sistit cod. meus 404, Chaldaeus legit qui-

dem הימם, sed illud accepit pro האימים, quia aleph, inquit is, aliquando in jod mutatur, ut in תתימרו Isaiae LXI 6, subdens Agaon, seu Saadiam, ut ex Arabica etiam ejus versione constat, vocabulum hoc de mulis exposuisse, quod longe ante eum alios bene multos fecisse ex Hieronymo discimus. Nec constans est in mss. codicibus lectio illa Targum; nam bini mei codices, 9 et 11, legunt פרדיא *mulos*, non *gigantes*. R. Parchon in inedito Mechabberoth controversam dictionem refert sub ים, propositaque prima expositione mulorum, quam deinde Kimchius et ex Kimchio lexicographi plerique receperunt, notat esse qui interpretentur אשר נצח את האימים *qui vicit gigantes*, ut alibi dicitur תמצא ידך לכל אויביך *inveniat*, vel *consequatur*, *vincat manus tua omnes inimicos tuos*, ימינך תמצא שנאך *dextera tua inveniat*, vel *submittat osorem tuum*. Assumpta hac significatione verbi מצא, evanescit difficultas quae samaritanae lectioni vel targumicae explanationi obiici solet, populum Emim, vel gigantum in vicinia habitantem non potuisse ignorari, sed placet altera thermarum, quam et Hieronymus ex usu linguae punicae hebraeae conterminae confirmabat.

XXXVI 35 הדד *Adad* – חדד *Chadad*, Pentateuchus Sabion. in 16. sine an. et loco, et Samar. cod. 62, 65.

XXXVI 39 הדר *Adar* – הדד *Adad*. Ita per daleth legunt quoque ex meis codicibus 851, 857, 941, 1016, et Targ. cit. cod. 857. Singularis lectio Pentateuchi Sabion. in 16. sine anno et loco חדר *Chadar* per cheth, ut Sam. T. impressus, ac plerique codices samaritani, qui tamen in postrema littera discordant, legentes ࠇࠃࠃ *Chadad*.

XXXVIII 3 ויקרא *et vocavit ille*, seu Judas. Mss. codicibus legentibus in foem. ותקרא *et vocavit illa*, seu uxor Judae, maxima accedit auctoritas Sabion. Pentateuchi in 16. sine an. et loco sine punctis editi, vulgo העתק seu typi et exemplaris pro describendis publicis synagogarum voluminibus.

XXXVIII 29 ותקרא in foem. *et vocavit illa*, seu Thamar, legit etiam meus 857 ex prima manu, et Targum Onkelosi in binis meis mss. 857, et 948.

XXXIX 18 וינס החוצה *et fugit foras* — וינס ויצא החוצה *et fugit, et exiit foras*. Cum paucis codicibus confirmantibus lectionem LXX et Syri congruit meus 1016 ante corr..

XXXIX 20 הסהר *carceris* — הסחר *arcis*, *turris*, Ken. 244, et Sam. cod. 61, 62, 63, 65, 66, 127, 183, 197, 221, 333. Ac plerique horum codicum Samaritanorum iterum per ח legunt seq. versibus. Per cheth forte legendum esse olim conjecerat Michaëlis *Biblioth. or.* Tom. IX p. 203, collato Syr. ܚܣܢܐ, hancque lectionem anteponit Lobstein *Observ. crit. in loca Pent. illustria* pag. 29. At vero non modo alii omnes codices hebraici Kennicottiani ac mei constantissime legunt per he, sed et in reliquis locis cod. ille 244, adeo ut plane fortuitus habendus sit ejus consensus cum samaritanis codicibus, qui in hac lectione et ipsi dissentiunt, non excepto cod. sanctae Genovefae, cui Lobsteinius innititur. Vers. 23 cod. meus 1006 primo legebat השחר per sin, et R. Parchon antiquissimus lexicographus in

inedito suo *Mechabberoth* huc relato השהרונים Isaiae III 18, quod per aureas lunulas, quae a mulieribus et infantibus gestari solent, explicat, subdit ר״א קרוב לו בית הסודר לפי שהוא כמו » דיר וסדרו שבמשנה חצר · פ׳ בניין עגול Est autem qui putat huic vocabulo affine esse illud *domum Sohar*, quia ipsa est veluti palatium, quod lunulam habet in secundo atrio. Ejus expositio *aedificium rotundum* ». Ita per בניין עגול interpretatur etiam ad marg. cod. meus 592. Aben Esra, Bochartus, Jablonskius, Scholtzius pro voce Aegyptiaca habent, composita ex ⲥⲱⲛϩ *vinctus* et ⲁⲣⲉϩ *arèh custodia*, seu domum vinctorum, ut vertunt omnes veteres contextusque ipse demonstrat esse vertendum. V. Clod. *Lex. heb. select.* p. 353, Scholtz *Expos. vocab. copt. in scriptoribus hebr.* Tom. XIII *Repert. or.* p. 14, *Lexicon aegypt.* Lacrozianum a doctissimo Woide editum pag. 5 et 99.

XLII 3 ממצרים *ex Aegypto*. Cod. meus 998 monet ad marg. בהעתק תורה seu ms. exemplari describendorum synagogae voluminum legi במצרים *in Aegypto*.

XLIX 8 בני אביך *filii patris tui* — בני אמך *filii matris tuae*, Kennic. 84, videtur 82, meus 18, omnes prima manu. V. 9 כרע *incurvavit*. Addunt שכב *cubavit* Ken. 129, ac primo meus 699 antiquissimus.

XLIX 10 שבט מיהודה *sceptrum de Juda*. Cod. meus 450 primo שבט יהודה *sceptrum Judae*.

Ibid. רגליו *pedes*, vel *pedibus ejus*. Sam. T. ࠃࠂࠋࠉࠅ *vexillis ejus*, quod Jobo Ludolfo aliisque paucis praeplacet. Ex heb. codicibus dubii nonnulli, ut meus 223 aliique, sed aperte et certe nullus per daleth. In quibusdam utriusque litterae figura non similis, sed plane eadem. רגלו in sing., vel saltem defect. primo meus 592.

Ibid. עד כי *donec*. Kenn. 660 על כי *propterea quod*. עד־כי interposito makaph, seu huc translata lineola hac unionis quae legitur post כי, habent cod. mei 18 et 251, sed negligenter scripti. Si in pluribus ac melioribus codicibus sic legeretur, novum illudque invictissimum argumentum haberemus ad revincendum R. Bechai aliosque rabbinos, qui perperam עד a כי divellunt, sensumque plane diversum ac sibi faventem ex Jacobeo oraculo eliciunt, nunquam recessurum sceptrum, quum Messias advenerit. Cui expositioni Targumici nonnulli codices Onkelosi favere videntur, qui vertunt עד עלמא דייתי משיחא, ut sunt ex meis codicibus 257, primo 936, nunc 16, binaeque editiones, Sorae 1490, et Antiqua cum sacro textu sine anno et loco. Sed vera vetustissimi illius interpretis lectio est communis עד דייתי משיחא *in aeternum, donec veniat Messias*. Ita habent plerique et antiquiores meliorisque notae codices, mei tres supra viginti, videlicet 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 230, 248, 264, 265, 266, 345, 404, 419, 455, 500, 543, 549, 562, 592, 766, 857, 859, 871, 878, 924, 948, 991, 1005, primo 16, nunc 936, et vetustiores omnes editiones, Bononiensis 1582, Ulyssiponensis 1491, Thessalonic. 1515, CPolitanae 1522, 1546, 1547, Venetae 1524, 1525, 1527. Non est ergo audiendus R. Bechai, qui ut praejudicatam opinionem

et explanationem tueatur, contendit genuinam lectionem targumicam sacri textus דייתיא משיחא כי יבא שילה esse quia, vel *quando veniet Messias*, falsam vero, vel erroneam alteram עד דייתי משיחא *donec veniat Messias*. Targum Antwerpiense omittit illud עד עלמא *in aeternum*, quod in Hebraeo non legitur, et forte in Onkeloso adscititium est. Nec legunt Hierosolymitanum ac Jonathan.

Ibid. שילה *Scilòh*, nomen Messiae proprium, vel *filius ejus* — שלה *is, cujus est*, scilicet sceptrum et regnum, alii *pacificus, proles*, vel *filius ejus*. Lectionem hanc sistunt 1° Kennicottiani codices viginti quinque, 1, 9, 18, 84, 132, 136, 158, 176, 211, 226, 401, 404, 411, 448, 464, 481, 489, 562, 602, 608, 611, 615, 631, 636, nunc 170, mei tredecim 10, 257, 265, 444, 543, 688, 716, 952, primo 16, 196, 500, 554, 850, 2° Biblia Polyglotta Sanctandreana anni 1586, 3° Samaritanus textus [Samaritan], consentientibus mss. omnibus codicibus, suique textus constantiam confirmantibus Sichemitis in *Epistola samar. tertia* ad Jobum Ludolfum. V. Cellarii *Dissert. acad.* pag. 143, et Bruns. *Repert. or.* Tom. XIII p. 281 et separ. editionis Helmst. pag. 8. 4° Samaritana versio, quae retinet ipsum [Samaritan]. 5° binae versiones Arabico-Samaritanae, altera Usserii quae vertit سليمان *Salomon*, vel *pacificus*, altera Barberina [Samaritan], مستحقه *dignus eo*, seu verius *is cui jure competit*. V. Biornsthal *Lettre* in *Fabricy Titres primitifs* Tom. I p. 376, Hwiid *Specimen ineditae versionis Arab. Sam.* p. 38, et ad hujus calcem Georgii *Epistola* pag. 36. 6° Lxx τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ *cui reposita sunt*, ut fert communis lectio ms. Vatic., Alex., Cotton., editionum omnium vel fere omnium, et quorumdam patrum, aut juxta veriorem alteram eorum lectionem, quam ex ms. Oxoniensi, Justino, aliisque patribus Grabius restituit, ᾧ ἀπόκειται *cui repositum est*. V. Nobil. *Not. in vers. LXX*, Jun. *Annot.* in h. l., Grabe in *Repert. or.* Tom. IV p. 20, et Stroth ibid. Tom. II pag. 95. Cum Graeca Lxx consentit Coptica aliaeque versiones ab illa derivatae. 7° Aquila et Symmachus, qui interpretantur et ipsi ᾧ ἀπόκειται. 8° Theodotio teste Eusebio in *Demonstr. evang.* lib. VIII p. 370. 9° Syrus in Polyglottis editus ܗܘ ܕܕܝܠܗ ܗܝ *is cujus est*, cum quo concordat codex sancti Ephrem ܗܘ ܕܕܝܠܗ *ille cujus est principatus*. Inedita versio Syriaca ex Simplici ac Lxxvirali mixta, quam continet codex Syrus VII seculi fuse descriptus in *Journal des Savans* a. 1765, utriusque lectione conjuncta, legit ܗܘ ܕܡܣܝܡ ܠܗ ܕܕܝܠܗ ܗܘ *is cui constitutum est, cujus est*. V. Norbergii *Specimen* in Michaëlis *Biblioth. or.* Tom. XVIII pag. 183.

10° Targum Onkelosi legens דדיליה הוא מלכותא *is cujus est regnum*, consentientibus codicibus omnibus mss. et editis; neque enim dissensum facit codex meus 543, qui legit tantum משיחא *Messias*, verbaque haec, quae sequuntur, omittit. 11° Targum Hierosolymitanum, quod iisdem fere verbis habet דדידיה היא מלכותא. 12° Versio Arabica Saadiae in Polyglottis excusa, الذي هو له *is, cujus ipsum est*.

Cum textu Parisiensi congruit CPolitanus, et Arabicus codex a Durello productus, qui versionem ipsam, ut opinor, Saadianam complectitur. 13° Herodianorum secta apud Epiphanium de Herode magno vocabulum hoc intelligens, *utpote cui destinatum fuerit sceptrum*. V. Michaëlis *Biblioth. or.* Tom. IX p. 218. 14° Justinus Martyr Tryphonem refutans, et Epiphanius Herodianos, qui secure judaeis lectionem hanc objiciunt, nulla facta varietatis codicum mentione. 15° R. Salomon Jarchi, qui exponit שהמלוכה שלו *cujus proprium est regnum*. Obiter nota ita legere Jarchium in mss. editisque omnibus, quotquot ad manus habeo codicibus, qui sane plurimi sunt, non אשר המלוכה, ut citat Schulzius *Lex. heb.* p. 1476. Non modo autem sic interpretatur Jarchius, sed sacri textus verba proferens defective שלה legit in binis meis codicibus 562, 592. Cum Jarchio conspirat ms. Lexicon cod. mei 637 explicans *Scilòh* משיח שהמלוכה שלו.

16° Diu ante Jarchium Berescith rabbà apud R. Salomonem ben Melech controversum nomen sic explanabat כי שהמלכות שלו *ille, cujus imperium proprium est*. 17° Tanchumà, antiquissimus et ipse Commentarius in Pentateuchum, non aliter illud exponit שהמלכות שלו. 18° In Talmude Babylonico Tract. Sanhedrin cap. XI, seu Chelek, familiares R. Silae hunc Jacobi textum producunt, ut defective legentem שלה. V. Cocceii *Duo tituli thalmudici Sanhed. et Maccoth* p. 359. 19° Ita sine jod etiam legunt R. Nathan in *Concordantiis hebraicis*, et R. David de Pomis in צמח דוד, seu Lexico hebraeo-italico fol. 211. 20° In Medras Echà rabbadì folio 58 b edit. Venetae 1545 traditur » Scilòh esse nomen Messiae, quia dictum est עד כי יבא שילה שלה כתיב *donec veniat Scilòh*; שלה *Chediv*, seu textualis lectio est sine jod. Hoc idem teste Norzio in notis ad h. l. scribit auctor מתנות כהונה Mathanoth cheunàh שלה כתי׳ חסר יוד קרי ביה שלו *lectionem textualem esse* שלה *sine jod, Kerì vero, seu marginalem* שלו. Tandem sensum hunc egregie confirmat locus Ezechielis XXI 32 עד בא אשר לו המשפט *donec veniat is, cui competit jus*.

Lectionem tot luculentissimis testibus, totaque fere antiquitate comprobatam mirum non est, si plures ex hodiernis criticis communi praetulerint, inter quos numerandi in primis Grabius *Observ. in Gen. XLIX* in *Repert. or.* Tom. IV pag. 22, Houbigantius *Notae crit.* in h. l. Tom. I pag. 63, Michaëlis *Biblioth. or.* Tom. IX pag. 222, Gulcher *Explic. nova Gen. XLIX* 10, Dathius *Not. in Pent.* p. 219, Schulz *Schol. V. T.* Tom. I p. 319, conf. et ejusdem *Lex. heb.* p. 1476, Hufnagelius *Dissert. in h. l.* in *Repert. or.* Tom. XIV p. 240. Sed hi auctores in significatione dissentiunt. Nam Hufnagelius, et ante eum Uri in *Pharus* p. 94, volunt esse benonì verbi שלה, mutatisque punctis legunt שְׁלֹה *pacificus*. Significatum hunc ei tribuit et Houbigantius samaritanos secutus, Gulcher vero et Dathius de sobole explicant, novaque assumpta significatione עד כי, quae non placet, quamque Schulzius aliique refutant, vertunt *quamdiu prolem habebit*.

Alii codices, sed paucissimi, legunt שילו per vav, ut Kennic. 474,

mei 274, 699, Medras rabboth fol. 62 edit. Ven. 1545, et Tanchumà ex edit. CPolit. 1528, quamquam in cod. meo 261 hujus libri legatur per he. Kerì שילו ad margin. exhibent Kennic. 344, ac mei 233, 476, quibus addendus 721, qui habet לו ק׳. Kerì שלו sistunt mei 716, 998, et auctor Mathanoth cheunàh supra productus. Immo in Soncinensi editione Jarchiani Commentarii in Pent. anni 1487 lectio ipsa שלו producitur ut lectio sacri textus ובמדרש אגדה שלו שי לו *Et in Medras agada* שלו *exponitur duobus verbis* munus illi, dissentientibus tamen reliquis omnibus, vel fere omnibus Jarchii codicibus et editionibus. Mss. codices interrogavi, num medrascicam hanc lectionem servarent, vixque unum, sed antiquissimum 262 reperi, qui fere שי לה legat cum minori aliquo spatio interposito. Inveni tamen in quibusdam codicibus Rascianis praeter locum יובילו שי למורא alium addi ex Ps. LXVIII לו יובילו מלכים שי, quod additamentum habet etiam antiquissima editio in 4. litteris quadratis rudioribus sine an. et loco, ad prima heb. typographiae incunabula referenda.

Ex lectione Vulgatae versionis *qui mittendus est* constat Hieronymum in suis exemplaribus legisse שילח, vel שלח per cheth. Egregia sane scriptura, quam acceptare alterique anteponere Eugubinus, Fagius, Bonfrerius, Salmeron, Huntlaeus, Grotius, Benzenbergius in nuperrimis litteris ad me datis, aliique non dubitant. Est enim Silòh, ut notat Grotius, ἀπεσταλμένος nomen maxime Messiae proprium, qui summa cum potestate a Deo missus est, quod et plurima Novi foederis loca invicte demonstrant, quae omnia, sed maxime illud Joh. vII 7 de Siloah, hoc vaticinium respicere videntur. Sed ex superstitibus codicibus in h. l. diligenter collatis nullus est, qui huic lectioni suffragetur, satque ex allatis versionibus patet codices Hieronymo antiquiores in altera per he consensisse.

In tanta ergo auctoritate fontium, quam pro defectiva lectione produximus, quodnam praesidium relinquitur masorethicae שילה? Stant pro ea plerique codices judaici, Arabs Mauritanus Erpenii, qui habet سيلة, versio Graeca codicis Veneti D. Marci, quae legit Σιλων. V. Adleri excerptum in Michaëlis *Biblioth. or.* Tom. xvI pag. 187, et ed. Villoison Argentor. 1784 p. 199. Pseudo-Jonathan, qui vertit זעיר בנוי *parvulùs filiorum ejus*, videtur et ipse plene legisse שילה a שיל, quamvis alii sive judaei, sive christiani significationem hanc a שלה et של deducant. Nec samaritanis ignota est haec lectio. Auctor Samaritani *Commentarii in Genesim*, cujus excerptum vel specimen in hoc caput ex ms. Huntingt. 301 arabice et latine edidit doctiss. Schnurrer, bis legit שילה cum jod, et in hac eadem littera mysterium quaerit: الى يقوم שילה وهو الذي يغير الشريعة *donec oriatur Scilòh seu is qui mutabit legem*, et infra وسماه שילה من של وهو رفعة الحق واليا علامة الاسم *appellatque illum Scilòh a* של, *seu ablatione juris. Littera autem jod est signum nominis.* Jam vero masorethicum שילה aeque verti potest *pacificus*, aeque *cujus est*, sumpto jod pro matre lectionis, vel pro compensatione daghesc fortis praecedentis re-

lativi, quod chirech assumere potuit, seu scevà, quo aliquando insignitur, in chirech mutare ob jod subsequens. Hinc Jarchius, si vera ejus lectio est שילה quam habent plerique codices et editiones, praefixum ש pro relativo habuit, notatque Aben Esra nonnullos lectionem ipsam plenam exponere, ut exposuerat Onkelosus. Atque haec mss. codicum vetustorumque interpretum varietas in litteris consonis celeberrimi hujus nominis. In vocalibus nulla est eorum, meorum saltem quos contuli, discrepantia.

Ibid. ולו *et ei* — ולא *et non*, K. 81, primo 102, 223, 423, videtur primo 672 C, forte 129, 155, mei 872, primo 12, 16, 266, 766, 949, 991, videntur primo 554, 699, primo Targum cod. mei 265. Horum codicum lectio fert, adventante Messia, cessaturum in Juda imperium et obedientiam populorum. Sed destituitur auctoritate omnium veterum.

Ibid. יקהת *obedientia*. Euphonicum daghesc deest in codicibus meis undeviginti, 12, 16, 17, 174, 248, 251, 384, 455, 529, 535, 539, 543, 549, 716, 721, 766, 878, 940, 991, in Bibliis Brixiensibus, in Pent. Brixiensi 1492, et ex recentioribus editionibus in Bibl. Ven. 1766. Cod. meus 410 notat ad margin. בזנב׳ יקָהת בקמ׳ *In codice Zanbuki legitur* יקָהת *cum kametz*, quod ex meis codicibus legit 251 indiligenter scriptus, et 60, seu ms. Lexicon anni 1279. Primo יקחת Kennic. 99 per cheth, ut mendose habent plerique Samaritani יקחתו pro communi lectione יקהתו.

XLIX 11 בני *filium* — בְני *filios*, cod. mei 17, 250, primo 529, Biblia Pisana 1781, Arabs communis, et binae Samaritanorum versiones Arabica et Samaritana. Nullus איתנו *roboris sui*, quod pro אתנו *asini sui* legunt Samaritani codices. V. 22 pro צעדה *incedebat* Kenn. 1 צערה *minima*, sicque videtur ex prima manu legisse meus 10. Per resc צעירי etiam Sam. T.

XLIX 25 ואת שדי *et cum omnipotente* — ואל שדי *et Deus omnipotens*. Perpaucis codicibus judaicis, qui hanc Sam. T. lectionem servant, addatur meus 923 hispanicus prima manu.

XLIX 26 הורי *genitorum meorum* — הרי *montium*. Sic saltem defective sine vav Ken. 1, 69, 81, 89, 95, 109, 170, 237, mei 6, 716, 857, 1006, primo 500, 554, Sam. T., Sam. versio, LXX, praeferuntque Houbigantius *Not. crit.* in h. l., Michaëlis *Suppl. Lex. heb.* p. 572, Dathius not. ad *Pent.* p. 223, et Schulzius *Schol. V. T.* Tom. I p. 331. » Sine dubio legendum est הרי, inquit Dathius. Nam הרה semper de femina, nunquam de viro adhibetur ». Chaldaeo-Samaritanum, qui legit [Samaritan], sequitur samar. auctor Commentarii arab. in Gen codicis Huntingt. 301 عـلـي حـلـي, sed ab utroque discedit Arabs Barberinus, qui vertit [Samaritan], vel والدي.

Exod. I 19 חיות *vivaces*. Melius et usitatiori forma חַיות per patach et daghesc codex Erfurtensis 3, mei 16, 17, 197, 251, 274, 384, 450, 549, 766, 872, 991, sicque Michaëlis *Suppl. lex. heb.* pag. 714, et *Nova Biblioth. or.* Tom. III p. 190. Alii per patach, sed omisso daghesc,

ut mei 10, 13, 15, 18, 174, 475, 529, 853, 893, 948, Bibl. Veneta 1766. Alii contra retento kametz daghesc in jod assumunt, ut ex meis 455, 507, 941, 988, Biblia Brixiensia et Antiqua sine anno et loco.

II 21 למשה *Mosi*. Ken. 603 praemittit לאשה *in uxorem*, quod addit et Sam. T., Lxx et Syrus, sed post nomen Mosis.

III 18 נקרה *occurrit*. Plures cum Sam. T. נקרא, quod ad occurrendi et vocandi, vel invocandi significationem referri potest. Ad posteriorem referunt Lxx et Vulg., sed active *vocavit nos*. Ita per א infra cap. v 3, ubi tamen nonnulli utriusque collationis codices iterum dissentiunt, et legunt per ה.

XII 16 יעשה *fiet*. In fem. תעשה, ut postulat praecedens המלאכה etiam meus 1016 primo.

XII 40 ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים שלשים שנה וארבע מאות שנה *Et habitatio filiorum Israel, qua habitaverunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum*. Notissima Sam. T. lectio, qua chronologicae hujus loci difficultati occurritur, legentis · ࠅࠌࠅࠔࠁ · ࠁࠍࠉ · ࠉࠔࠓࠀࠋ · ࠅࠀࠁࠅࠕࠌ · ࠀࠔࠓ · ࠉࠔࠁࠅ · ࠁࠀࠓࠑ · ࠊࠍࠏࠍ · ࠅࠁࠀࠓࠑ · ࠌࠑࠓࠉࠌ · *Et habitatio filiorum Israel et patrum eorum, qua habitaverunt in terra Canaan et in terra Aegypti* etc. Lxx addunt et ipsi καὶ ἐν γῇ Χαναάν, et juxta cod. Alex. ἀυτοὶ καὶ ὁι πατέρες ἀυτῶν, sed utraque verba postponunt, iisque consentaneus est antiquissimus codex Syriacus an. 704. V. L'Advocat *Notice d'un ms. original* in *Journal des savans* an. 1765 pag. 1658 edit. 12., et Eichorn *Introd. V. T.* Tom. I p. 466. Ex hebraicis codicibus sive Kennicottianis, sive meis in h. l. collatis nullus servat hoc additamentum, praeter Medras rabboth, qui sive ex suorum codicum fide, sive explicationis gratia, post במצרים *in Aegypto* supplet ובארץ כנען ובארץ גושן *et in terra Canaan et in terra Gosen*. Extat locus in Berescith rabbà sect. LXIII fol. 31 pag. versa edit. Venetae an. 1545. Kennic. 140 legit ומושב שלשים שנה *Et habitatio fuit annorum* 430, omissis verbis intermediis. ב vocabuli במצרים dilatatum super abrasione trium vel quatuor litterarum exhibet meus 12, legens forte ex prima manu בארץ מצרים, forte etiam בכנען ומצרים. Alterutrum vel aliud quoddam verbum priori manu additum legebat alter ex meis 296, qui habet מצרים sup. ras. rescriptum cum ב dilatato. Ex recentioribus criticis samarit. lectionem sequuntur Houbigantius in *Prolegom.* Tom. I p. 51 edit. Francf. M., Benedictinus auctor *Nouveaux eclaircissemens sur le Pent. des Samaritains* pag. 209, et Du Contant *Essai sur l'Ecriture sainte* p. 191. Sed conf. Richardus Simonius *Hist. crit. du V. T.* lib. I c. XII, Koppius *Program.* 1777 *Israelitas non* 215, *sed* 430 *annos in Aegypto commoratos esse*, Michaëlis *Biblioth. or.* Tom. XII p. 22, et *Nova Biblioth. or.* Tom. III p. 191, Schulz *Schol. V. T.* Tom. I p. 381, et quae nos ipse olim de hoc loco annotavimus *De praecipuis caussis neglectae heb. litt. disc.* p. 24.

XII 41 ויהי מקץ שלשים שנה וארבע מאות שנה *Et factum est sub finem quadringentorum triginta annorum*. Desunt in Kenn. 9, 346, 665, 674, primo in meis 3, 11, 15, 754, 872,

998, et Arabe. In meo 319 deerat secundum ויהי, quod non legit Syrus, atque integra verba ויהי בעצם היום הזה omittunt Lxx, et Targum cod. mei 857. כעצם videtur primo legisse meus 10.

XIV 13 אשר ראיתם *qui vidistis* — כאשר ראיתם *sicut vidistis*. Hanc Sam. T. ac plerorumque interpretum lectionem confirmat etiam cod. meus 978.

XIV 25 ויאמר *et dixit* — ויאמרו *Et dixerunt*. Cum Sam. T. solus K. 168, et quidem ad marg. consentiebat, cui modo meus 978 accedit, qui praeterea addit בני *a facie filiorum Israel*, multasque alias minoris momenti, plerumque singulares, in hoc capite exhibet variationes. Nam v. 4 pro אחריהם legit אחרי בני ישראל, v. 5 pro ישראל, העם, v. 12 pro חדל, שבוק, v. 20 pro מפניהם, מלפניהם, v. 21 pro עזה, חזק, v. 23 pro אל תוך, בתוך, v. 28 pro פרעה, מצרים, addens סוס פרעה, ibid. pro אשר באו, הבאים, et XV 6 pro בכח, בקדש.

XIV 27 וישב הים *et rediit mare*. Idem cod. meus 978 וישובו המים *et redierunt aquae*, vel *et rediit aqua*, ut Lxx. XV 2 conjunctim חמרתיה meus 998.

XV 5 יכסימו *obtexerunt eos*. Cod. meus 223, pluribus aliis variis lectionibus jam illustris ac singularis, habet sceva, et kibbutz super abrasionem, ut videatur proculdubio ex prima manu legisse יכסימו per tzere *obtexit*, relato ad Deum verbo, quod quum masculinum sit, nonnisi per anomaliam et generis enallagen referri potest ad praecedens תהמת *abyssi*. Ita Lxx Πόντῳ ἐκάλυψεν αὐτούς, eosque secutus ex hodiernis criticis cl. Schulzius *Schol. V. T.* Tom. I p. 396. Plene יכסיומו Kennicottiani ac mei nonnulli, sed nullus יכסמו, ut habet Sam. T., vel יכסומו abjecto jod, nullus מו per cholem.

XVII 12 ויהי *fuitque* — ויהיו *fueruntque*, Kenn. 4, et Sam. T.. Sequitur plurale ידיו, pro quo Kenn. 129 ידו, ut Vulgatus. Defective אמנה meus 197.

XVII 16 כס יה *solium Domini* — נס יה *signum Domini*, Kennic. 665. Lectio, quam praeferunt, vel approbant Castalio, Capellus, Clericus, Houbigantius, Michaëlis, Dathius, Schulzius, et auctor *Biblioth. crit.* Amstel. 1777 Parte I p. 114. Multi uno verbo כסיה, ex Kenn. 102, 103, 190, 247, 293, 305, 349, 368, 425, 440, mei 223, 450, 539, 604, 892, nunc 7, 948. Nonnulli codices monent ad marg. ita legendum מלה חדא *uno verbo*. Ita mei 265, 450. Alii addunt sic legi in mss. hispanicis. Ita mei 12, 604, 721, 754. Cod. meus 185 ס"א כסיה מלה חדה והמסו' מוכיח משנידהם *Alii libri* כסיה *uno verbo*, *et utrumque Masora arguit*, vel *de utroque disserit*. Alter ex meis, 7, notat in Maphteach legi uno verbo, nec aliter Masoram docere, contra 754 post observationem ita legi in hispanicis codicibus subdit ולא יתכן מכח מסורת *id rectum non esse ex auctoritate Masorae*, tandem 850 innuit codicum discrepantiam junctim legentium, *sed in libro correcto extare* כס יה *duobus verbis*. Ac variam hanc lectionem unius verbi ad marg. memorant etiam Kennic. 136, 191, 206, 380, 485, 546. Integras nonnullorum notas, ac praeterea notam 254 cum meo 850 conspirantem vide apud Bruns. *De var. lect.*

Kenn. T. xII *Repert.* p. 272. Lxx, qui vertunt ἐν χειρὶ κρυφαίᾳ *in manu occulta*, alterutrum videntur legisse, vel uno verbo כסיה defective per kibbutz sub ס, vel עלומה pro על כסיה. Sam. T. habet כסא.

XX 10 ואמתך *et ancilla tua*. Addunt ושרך וחמרך *et bos tuus et asinus tuus* cod. meus 998 hisp. ex prima manu, et Lxx. Ibid. ובהמתך *et jumentum tuum*. Kennic. 150 וכל בהמתך *et omne jumentum tuum*, addito כל, ut iidem Lxx.

XXI 16, 17. Inverso ordine, ut Lxx et Arabs, versus hos legit cit. cod. meus 998: ומקלל אביו ואמו מות יומת: וגנב איש ומכרו ונמצא בידו מות יומת *Et qui maledicit patrem suum et matrem suam morte occidatur: Qui vero furatur virum et vendit eum, et inventus est in manu ejus, occidendo occidatur*.

XXV 40. Nonnulli alii ex meis codicibus legunt כתבניתם *juxta similitudinem eorum*. Inter eos Fragm. 1009. Plures v. 31 תעשה sine jod, inter quos 1027.

XXVI 31 יעשה *faciet* – עשה *fac*. Ita cod. meus 998, et Kennic. 384, uterque prima manu, et Syrus. Videntur etiam puncta praeteriti temporis per typographi vel librarii oscitantiam in Bibliis Soncinensibus apposita, et ad imperativum nostramque hanc lectionem referenda. Ac multo quidem convenientius est sacro textui עשה, vel תעשה, quod alios plures legere suo loco notavimus, nisi mutatis punctis legas in Niphal *fiat*.

XXX 32 ייסך *ungetur* — יסך a נסך *effundetur*, Kenn. 1, 4, 5, 69, 80, 84, 111, 132, 150, 158, 186, 226, 227, 228, mei 262, 476, 500, 592, 669, 699, 766, 789, primo 419, 656, 948, 949, 1016, videtur primo 340. Plerique mei habent etiam daghesc in samech. Nullus יסך, ut Sam. T., sed bini ex meis, 611, 991, habent ייסך per kibbutz et daghesc. Alii retenta lectione communi solum daghesc in samech exhibent, ut mei 18, 251, 319, 384, 408, 444, 450, 532, et Biblia Soncinensia. V. Michaëlis *Suppl. Lex. heb.* n. 1001, et *Nova Biblioth. or.* Tom. III p. 197.

XXXI 8 כליו *vasa ejus* — כל כליו *cuncta vasa ejus*. Addantur cod. mei 857, 941, 949, 1006, omnes ex prima manu, et Targum cit. cod. 857. V. 14 מעמיה *de populo suo* etiam meus 998 ante corr..

XXXI 15 יעשה *fiet* – תעשה idem foem. Kenn. 9, 84, primo mei 16, 262, ac sequitur foem. מלאכה, unde generis anomalia devitatur, hac lectione assumpta. Ita legerunt Lxx, sed active *facies*, Syrus et Vulgatus *facietis*. Aliqui codices, inter quos meus 951 hispanicus, notant ad h. l. *Quatuor conjiciuntur* תעשה. Active in Kal יעשה per cateph patach *faciet* legit cod. meus 503 eximiae antiquitatis. Confer. Michaëlis *Nova Biblioth. or.* Tom. III pag. 199.

XXXVI 32. Codicibus meis addentibus צלע *lateris* addendus 949 ex prima manu, iis vero, qui v. 29 legunt היו *fuerunt*, 998 item primo.

XXXIX 17 העבתת *funes* — עבתת sine he demonstrativo melius ob regimen Kenn. 84, meus 1016, et Sam. T., exceptis tribus mss. Sam. Ast serior manus in cod. meo notavit ad marg. *Et in volumine legis scriptum*

reperi העבותות *sicque in multis Pentateuchis*. Scribere certe voluit hic criticus העבתת defective, nam plena illa scriptio fere nullius codicis est, et inter Kennicottianos solius 193.

XXXIX 22 ויעש *Et fecit* — ויעשו *Et fecerunt*, Kenn. 84, primo meus 949, Sam. T., Syrus.

LEVIT. I 7 הכהן *sacerdotis* – הכהנים *sacerdotes*. Ita etiam primo Fragm. meum 904.

IV 5 אל אהל *ad tabernaculum* — אל פתח אהל *ad ostium tabernaculi*. Ita etiam meus 851 hisp. ante corr..

V 17 אשר לא תעשינה *quae non fiunt* — אשר תעשינה *quae fiunt*, Kenn. 562, 606. Confer. Michaëlis *Suppl. Lex. heb.* pag. 720, et *Nova Biblioth. or.* Tom. III p. 204.

VII 8 לכהן לו יהיה *sacerdoti, ejus erunt*. In cod. meo 893 correctum לכהן יהיה *sacerdotis erunt*, ut Syrus.

VII 11 יקריב *offeret* — יקריבו *offerent* Kenn. 151, primo meus 1016, Rabboth, Sam. T., Vulgatus.

VIII 33 עד מלאת ימי *donec impleantur dies*, omisso יום intermedio, K. 84, 103, Fragm. meum 904, et Syrus.

IX 21. Targumicis codicibus vertentibus *Praecepit Dominus Mosi* adde meum 878, et octo Kennicottianos, 150, 181, 248, 369, 482, 489, 517, 598, ex Brunsii collatione in *Repert. or.* Tom. XV p. 170.

XI 4. In sing. ממעלה *ex eo quod ascendere facit* legit quoque meus 1016 priori manu.

XIV 37. In cod. meo 851 ipsa primi scriptoris manu emendatum וראה הכהן *et considerabit sacerdos*, ut habet Sam. T., deletumque והנה הנגע, quod et Kenn. 69, 136 non legunt.

XXVI 39 איביכם *inimicorum vestrorum* — איביהם *inimicorum eorum*. Addantur cod. mei 853, 878, 941, 952, 1006, 1016, primo 940, et Targum cod. mei 924. Sed in 1016 posterior criticus judaeus haec ad marg. apposuit: בשני ספרי תורה מצאתי איביכם וגם בחמשים אחרים ובמקרא ישנה *In duobus voluminibus legis reperi* inimicorum vestrorum, *itemque in aliis Pentateuchis et in Bibliis antiquis*.

NUM. I 20. Addit פקדיו *recensiti ejus* etiam Fragm. meum 901 tum in textu, tum in Targum. Deerat contra in Targum v. 22, et in Targ. cod. Kenn. 586.

III 28 ושש מאות *et sexcenti*. Nullus ושלש *et tercenti*, ut legunt Houbig. et Michaëlis.

IV 19 את קדש *sanctum* – אל קדש *ad sanctum* quatuor alii mei, 878, 988, 1016 primo, 998 nunc.

V 10 יהיו *erunt* — יהיה *erit*. Adde Fragm. meum 901, quod et v. 15 legit יצק עליה in feminino.

V 22. Defective לצבת, et plene ולנפיל plures, in Kal nullus. Nullus ex selectis collatis VI 13 אתו per chirech *secum*, pro quo tamen alibi ipsum אתו per cholem usurpatur. VI 5 vocabulum נדר deerat etiam in cod. meo 1016.

VIII 12 ועשה *et fac* — וְעָשָׂה *et faciet*, codex Cassellanus, seu Kennic. 157 ex prima manu, Chaldaeus et Michaëlis. X 29 חתן *socer*. Nullus per cateph patach *gener*. Sic et propositae aliae a doctissimo Michaëlis vocalium variationes XII 13, XIV 14, et 32 etc. ex selectis amasorethicis et antiquioribus meis codicibus collatis a nullo confirmantur.

XI 12 נשבעת *jurasti* — נשבעתי *juravi*, Kenn. 139, primo meus 1016, et Syrus.

XI 32 וישטחו *et expanderunt* — וישחטו *et mactarunt*, primo Ken. 99, et Sam. T.

XIII 22 ויבא *et venit* — ויבאו *et venerunt*. Lectionem hanc Sam. T. et omnium versionum, quam praeter Houbigantium et Kennicottum probant quoque Michaëlis et Dathius, exhibet etiam ex prima manu cod. meus 1006 describendorum publ. synag. voluminum exemplar, et typus.

XIV 39 כל הדברים *omnia verba*. Ita addito כל etiam meus 878, et Targum ejusdem codicis.

XVI 21 העדה *congregationis*. Cod. meus 1016 addebat הרעה *pessimae*, ut Kenn. 4, 227, 239.

XVI 30 בריאה *creationem*. Kennic. 153 בריאה חדשה *creationem novam*. Nullus בדיאה.

XIX 8. Primum במים *in aquis* deerat quoque ex priori manu in meo 998.

XXI 14 את והב *Vaheb*. Nomen prop. loci, quod veteres varie legunt ac vertunt. Kenn. 19 את והם, meus 989 primo את הב, conjunctim אתוהב Kennic. 89, 94, 136 marg., 223, 293, 615, mei 223, 878. את הנחלים sine vav Kennic. 151, 196, primo meus 18.

XXI 15 ער *Ar*. Cod. meus 942 עיר *urbem*, sicque Sam. T. plene ࠏࠉࠓ, et Sam. versio ࠒࠓࠉࠄ. Omittunt K. 109, primo meus 555. Pro אשר meus 878 primo אשה.

XXI 30 אשר *quae*. In schedis meis mss. meorum codicum collationis sub sequenti var. lectione על מידבא haec annotata reperio, quae nescio quomodo omissa sint. » In Kenn. cod. 84 et primo in meo 18 deerat vocabulum אשר praecedens, nec in suo codice legit Vulgatus. Sam., Lxx, Coptus legunt אש *ignem* ». Hanc Sam. T. et Lxx lectionem Michaëlis, Vogelius, Dathius, et Schulzius anteponunt, putantque a masorethis ipsis ut suspectam et dubiam haberi, punctoque litteram ר notari, ut indicarent in aliis codicibus deesse, tandem parallelismum ipsum membrorum huic lectioni favere.

Ibidem עד מידבא *usque ad Medeba* — על מידבא *super*, vel *contra Medeba*. Sam. T. lectioni adstipulatur etiam cod. meus 952, et Targ. cod. mei 924. In 941 verba אשר עד מידבא sup. ras. rescripta.

XXIII 3 ממזר *spurius*. Kenn. 236 מומזר *infamis peregrinus*. Ita sed seorsim, מום זר *macula peregrini*, legendum esse conjecerat Michaëlis. V. ejus *Jus Mosaicum* P. II §. 139, Dathe et Schulz. in h. l. Adverbium בה hic addebat etiam meus 1016. Ibid שפי. Quod Kimchius aliique explicant *solus*, R. Parchon in ms. *Lexico* interpretatur per דאוג *anxius*, deinde subdit פ״א וילך אל אחד השפיים aliter exponi *et ivit ad unum ex locis eminentibus*. XXIII 10 ומספר. Cod. meus 503 antiquissimus מספר.

XXIV 3 et 15 שתם per sin nonnulli codices, inter quos meus 941 hispanicus. V. 17 אשורנו *speculabor eum*. Defective אשרנו Kenn. 191, mei 10, 503, 853, primo 262.

XXVI 30 איעזר *Iheɀer* — אחיעזר *Achieɀer*, Kenn. 111, Sam. 64, 65, 66, 221, et Lxx. V. Schroed. *Ob-*

serv. philol. crit. in Psal. p. 58. Sam. versio [Samaritan] per cheth, sed omisso ain, nisi mendosa sit haec omissio, et legendum sit [Samaritan].

XXX 8. כל נדריה *omnia vota ejus*, addito' כל, ut Sam. T. ac veterum plerique, etiam meus 878 ante corr.

Deuter. III 11 הלה *Annon*. Ken. tredecim meique plures הלא.

VI 12. Addunt אלהיך *Dei tui* item mei 878, primo 949, 1006, nunc 948, et Targum eorumdem codicum 878, 948.

XV 23 תאכל *comedes*. Primo תאכלו *comedetis* etiam meus 878.

XXIV 1 כי מצא *quia invenit* — ומצא *et invenerit*. Ita Aben Esra *Com.* in h. l. in sex mss. meis codicibus, 5, 326, 356, 454, 686, 896, et in exemplari, quod Motot ejus explanator prae manibus habebat, qui subdit נראה שהיה בספר החכם ז"ל בפסוק והיה אם לא תמצא חן בעיניו ומצא בה videtur in sacro textu codicis sapientis (Aben Esrae) fel. m. scriptum fuisse *et erit si non invenerit gratiam in oculis ejus et invenerit in ea*. Conf. nota margin. Kenn. cod. 525 apud Bruns. *De var. lect. Kenn.* in *Repert. or.* Tom. XIII pag. 55. At vero editores Commentarii Aben Esrae videntes ejus lectionem communi opponi, eam mutarunt in מצא בה omisso vav. Ita editio Neapolitana, omnium prima, anni 1488, CPolitana 1514, CPol. altera 1522, Veneta 1525 et aliae posteriores, quarum lectionem nonnisi unus ex meis mss. confirmat, videlicet 133. In 843 legitur כי מצא, quod ex librarii emendatione proculdubio repetendum est. Etenim veram Aben Esrae lectionem esse ומצא praeter plerorumque codicum consensum manifeste evincit ejus expositio או מצא *aut invenerit*, sumpto vav pro particula disjunctiva, et comparatio cum textu Exod. XXI 27 ומכה אביו ואמו, quamquam incertum sit, num ex mss. codicum fide, an vero memoria sacrum hic textum produxerit. Posterius probabilius existimo, contra ac sentiat Mototus.

XXXI 1 הדברים *verba* — כל הדברים *omnia verba*. Mss. meis codicibus sic legentibus addendi 878, 900, 1016, primo 893, 924, et Targum cod. 878, primo 924.

XXXII 5 שחת לו לא בניו *Corrupit se, non filii ejus*. Cod. meus 950 hispan. primo שחת לא לו בניו *Corrupit se, non ei filii ejus*, sicque Sam. T., LXX et Syrus, nisi quod in plur. legant שחתו *Corruperunt se*. Kenn. 487, qui habet לו לא sup. ras., videtur hanc lectionem ex prima manu habuisse. Sam. T. lectionem probant Clericus, et Houbigantius, eamque faciliorem esse ac fortasse genuinam concedit Dathius in not. ad h. l. p. 716.

XXXIII 6 מתיו per sceva *homines ejus* — מֵתיו per tzere *mortui ejus*. Ita cod. meus 941 hisp., primo 1016 italicus, Clericus, Michaëlis, Dathius, anonymus in *Biblioth. Lemgoviensi* T. XIX p. 395, et Schulzius.

Josue I 15 להם *eis* — לכם *vobis*. Exteris codicibus adde 136 ex prima manu, ex meis 965 aliosque nonnullos, qui et legit יהוה אלהיכם *Dominus Deus vester*.

II 24. Codex Erfurtensis 5, seu ext. 136, primo בידינו et III 7 לעיני. Sistimus hic nonnullas alias Josuae variationes ejusdem codicis in utraque collatione omissas. Sic VI 15 legit

כעלות per caph. VIII 12 לעיר per chirech, v. 22 לו in sing., prima manu v. 19 בנשות, v. 27 בני ישראל, X 8 בידך, v. 29 על, XI 10 לכל, v. 23 et XII 7 במחלקותם, v. 23 לנפת plur., X 28 correctum אותה in sing.

VII 17 משפחת יהודה *familiam Judae* — משפחות יהודה *familias Judae*. Kenn. 182, 250 marg., 598, primo 155, mei 715, primo 554, defect. plur. 13, Lxx, Vulgatus, Clericus, Michaëlis, et Dathius. Kennic. 562, שבט יהודה למשפחות יהודה *tribum Juda juxta familias Judae*, ut Syrus. V. 20 אמנה *profecto*. Cod. meus 305 primo אמנם, et v. 21 pro שער *babylonicum* Kenn. 252 legit שער *ex pilis*, ut legendum conjecerat Michaëlis. XIII 23 dele *Lxx et Arabs*.

XXI 35, 36. Celeberrimos hos versus Rubenitarum exhibet etiam cod. meus 923 cum duplici additamento את עיר מקלט, et במדבר. Hodiernis criticis, qui pro eorum integritate et necessitate pugnant, accensendi Mariana *De edit. Vulg.* cap. VII, Branca *De Vulg. auctor.* Tom. I p. 564, Dathius *Lib. hist. V. T.* p. 68, et Schulzius *Schol. V. T.* Tom. II pag. 80. Idem sentiunt bini postremi auctores de voce עד XXII 34. Jos. XXII 12 *Vulgatus*. Corrige *Vulgato*.

Jud. III 6. Cod. Erfurt. 5, seu ext. 136, primo שתי, et v. 30 בעת, et XIII 12 in plur. דבריך.

IX 55 ויראו איש *et viderunt vir*. Cod. meus 985 in plur. אנשי *viri*.

XV 6 אביה *patrem ejus* — בית אביה *domum patris ejus*. Adde meum 993 primo, qui et cap. XVIII 27 legit עד ליש *usque ad Lais*, et v. 29 כשם *secundum nomen*. XVII 8 dele Syrum.

